

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber sextus, De corpore Christi

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-914

tantum: & velo loquitur Theophylactus, τὰ βίσεων πέρι μητρὸν
τὸν αἰσθόμενον μόνον παραλαμβανομένον: assump̄a dicitur taxat ad fidem
sciendam resurrectionis. Itaque, quanquam illud de cœlestibus potestatis bus
parum est firmum, tamen non sentit cum Papistis Cyrilus.

XV. Ambrosium fateor progressum vterius; assentem Deum vulnera celo inulisse, ut Deo pretia nostræ libertatis ostenderet, talemq; à Patre fuisse locatum ad dexteram. Quæ vtrum hyperbolice dicta sint, an et rō p̄t̄r̄, non facile dixerim. Nam quid erat necesse ostentare Deo cicatrices? aut cui bono? Veruntamen, quomodocumq; Ambrosius senserit; non habet conscientes omnes Veteres. Vnius autem hominis priuatum iudicium, nullam legem facit in Ecclesia. Itaq; Augustinus, quantumlibet Ambrosiu[m] admirator, induc tamen non potuit, ut certum id ratumq; puraret. Nam eo ipso quem citant loco, rem tārum ut verisimilem describit. Fortasse, inquit, sicut demonstrauit Thoma, non credenti, nisi tangere. & videret: ita etiam inimicus suis vulnera sua demonstratus est. Putauit ergo Augustinus se posse impune hanc opinionem in dubium reuocare: quod quantulum abest à negante. Itaq; non creditur esse articulum fidis. Nam ille profecto non solet de articulis fidei tam ridiculiter loqui. Quid igitur habent frontis, qui hæc placita sic virgent, ut non assentieates dampnet hæresos, atque blasphemiae?

XVI. Aquinas, ut solet, totus est in coniecturis, quibus probet, non quidem certum esse sed tantum conueniens Christum resurgere eum cicatricibus. Quae tamen ipsa adeo sunt leues, ut facile prodant ingenium Sophisticum, quale iampridem habuerunt ij, quos Scholasticos appellariunt; qui s^pponentes id, quod suo tempore vulgo receptum fuit, satis habuerunt, dum quibusdam quasi coloribus fucareat, cum viderent non sufficere demonstrandæ veritati, quam nullam haberent. Fuit ergo conueniens, inquit, animam Christi in resurrectione, corpus cum cicatricibus resume-re. Primo, propter gloriam ipsius Christi, ut victoria perpetuo triumphum circumferat. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suar-
resurrectionis. Tertio, ut Patri pro nobis supplicans, quod genus mortu^s pro homine perculerit, semper ostendat. Quarto, ut sua morte redemptis, quam misericordia-
ter sint adiutii propositis moriis indicis, insinuet. Postremo ut in iudicio, quam
iuste damnentur ibidem annunciet.

XVII. Nimirum (inquam ad primum) nouo quodam more Scholasti-
cis, numquam nisi in umbra pugnantibus, licet cicatrices appellate tri-
umphum victor æ! Quoniam, quælo, aut visu linguae, aut rationis argu-
mento? Deinde, quædam ineptum est, Deum, diuinæ vestatum glorie, meti-
ri ex humanis nugis? An vero, quia non potest Pompeius satis magnifica
triumphare, absq; externi triumphi indicis, idone Dei quidem satis est
magnifica gloria, nisi habeat signum aliquod in oculos incurrit? Ethane
ego appelle Scholasticam Theologiam: ac non potius anilem somnia-
tionem? Secundam rationem, absit ut improbem: tantum sequi nego re-
seruatum esse has cicatrices: sed saltēm *ingrepixæ* pro praesenti visu, nec
statae ostentatas.

XVII. In tertio, rideamne, an lugeam cæcorum hominum stuporem? Quasi vero aut Christus quotidie, imo ad singula momenta, fleat genua, nouasq; preces fundat pro nobis ad Deum; instar Papisticorum Monachorum, qui sphærulas precatorias, magnæ pietatis indicia, circumgerunt, vt se nonnisi numerato cum Deo agere probent? Aut Deus, apud quem, nondum natus, tamen ab inicio mundi immolatus est agnus; nouisq; submonitionibus, alias totam redemptionis econiam misere obliuionis traditurus? Apage potesta. Imo neq; aut sui, ut nostri caussi, Deus vllis vel indiget, vel virtut monitoribus. In quarto, quos, quæso, redemptos intelligit? Eosne qui in via? an eos qui in patria Illos, absurdum: non enim vident stigmata. Nam eos qui aspiciunt in tabula, id est, Papistas, quibus nullus est in animo Christus, nisi ante oculos pictus; ergo quidem non numerem in redemptis. An igitur istos? Quis ferat ad æternam spiritualem; vitam translatos, non posse meminisse redemptionis suæ, insuita que in ea peragenda misericordie, nisi præoculis habeant illa stigmata, cum fideles in carne degentes, eam redemptionem, eamq; misericordiam continuo celebrent, qui eas cicatrices nunquam oculis usurparunt? Denique, nunquam creder Catholicorum quisquam in extremo illo iudicio egere Deum exterris vllis adinmentis, ad declarandum iustitiam suæ sententia. Et si quid eiusmodi dici posset, sufficiet, præsens ipse Christus, suum corpus exhibens videntem, etiam si non ostenter nominatum cicatrices.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS,
DE CORPORE CHRISTI

Caput I.

STATVS - CONTROVERSIÆ - DE DOTIBVS CORPORIS CHRISTI.



The image shows a page from a historical book. On the left side, there is a large, ornate initial letter 'D' with intricate scrollwork and floral patterns, enclosed in a decorative border. The rest of the page contains two columns of dense Latin text. The text discusses various topics, including heretics, the Eucharist, and the nature of Christ's body.

I. Porro hanc Incarnationis Dominicæ veritatem, hoc semper sensu à Catholicis intellectā, ut Filius Dei ab æternō verus Deus, in tempore factus sit homo: Homo autem verus, vere constans anima humana, & corpore humano, non solum quoad substantiam: sed etiam quoad proprietates. Hoc vero in confessio est: & quidem de substantia, ne hodie quidem est illa controuersia inter Catholicos & Papistas: sed tantum de quibusdam proprietatibus.

III. Catholici proprietates distinguunt; vt aliæ sint essentiales: aliæ vero accidentales. Illæ, absq; quibus corpus humanum non sit corpus: vt compositio, vt quantitatis dimensiones. Aut certe non sit humanum, vt membrorum cōstitutio & symmetria: & si quæ sunt præterea. Has omnes proprietates simpliciter & absolute fuisse à Christo assump̄as. & quidem nunquam dimitendas; tam certum Catholicis quam quod certissimum,

IV. Accidentiarē possunt ad esse atq; abesse absq; subiecti interitutu hoc est, ita vt non propterē corpus destinat esse corpus: aut etiam humanum: vt grauitas hæc, ranta quanta in hominibus esse solet: & tarditas & mortalitas; & si quæ sunt similia. De his antequam respondeant Catholici, distinguunt in Christo geminum statum. Alterum, iōanitiois, siue humiliatis à conceptu ad mortem: alterum, gloriæ siue exaltationis à resurrectione in æternum. Nam, et si post resurrectionem, manus erit aliquandiu in terris, cum videretur nōdum glorificatus: tamen quia cepit iam tum non esse mortalis; ideo facile hoc etiam spatiū accenserit gloria. Nūc ergo docent Catholici, has accidentarias proprietates vere assumptas à Christo in statu exinanitionis, easq; omnes, excepto solo peccato: nempe, vt vere esset nostri similis. At postea in statu gloriæ depositas: permittatasque contrariis gloriæ conditionibus.

V. Papistæ alter fentunt; vt explicat Cotoius Institutionis libri r. c. g.
Christum quatenus viatorem, habuisse corpus simile nostro in omnibus,

excepto peccato: at quaenam comprehensorem, habuisse qualitates corporis glorificati, non exercitio quidem, verum potestate. Et in Lemmate: Proprietates corporis gloriose semper comites fuisse corpori Christi originis. litera aliquando etiam actualiter, cum quum esset mortale & passibile in terris.

VI. Quibus in verbis quid non mirerum? Primo enim, qui potest secundum tempore concipi Christus, & viator, & comprehensor? Maxime haec Controversia, quæ est de dotibus corporis. Nam suisse viatorem quidem ante mortem, & postea comprehensem, cur Christo negemus, qui concedimus cunctis fidibus? Sed haec temporis diuersitas est contra Cotonum, afferentem eas dores corporis, quas habent comprehensores, in Christi corpore semper fuisse, ut necessiter Christum ab eo semper faciunt comprehensem. At hoc qui potest, cum viatorum & comprehensorum status opponantur inter se, quomodo via & patria: hoc est, huius vita miseria, & cœlestis beatitas? est omnino viator, qui tendit ad beatitudinem at comprehensor, qui iam obtinet, quo tendebat. Et concipere iam aliquis possit, vnam eandemque personam, eodem tempore, adspirantem ad beatitudinem, & beatitatem fruentem? Et quidem eadem ratione corporis Corporis, inquam, ratione: Imo ne Scholastici quidem tam fuere temerarij. Christus, inquit Altenstaig, fuit Viator, & Comprehensor ante passionem. Qumodo, inquam? Attende. Nam secundum mentem plene videbat Deum: Corpus vero erat mortale, & passibile. Hoc vero est ex professo contra Cotonum.

VII. Deinde, illud, non exercitio, sed potentia, quid est? An quomodo qui dormit Musicus, musicam habet in seipso potentiam: nimur proximam est, habitu: quia eam artem ita caller revera, ut possit statim exercere: sed non exerceat tamen: eo quod haec potentia, sive habitus, coercetur, unde erumpat in actum exercitum? Et sine dubio ita Cotonus: ut explicet illud originaliter, quod est in Lemmate. At hoc Catholicorum dabit nemo.

VIII. Cæterum non omnes dotes sive proprietates veniunt in controvèrsiam: verum sex duntaxat, impassibilitas, subtilitas, levitas, splendor, invisibilitas, localitas.

C A P . I I .
De Impassibilitate, Subtilitate, Leuitate, Splendore
Corporis Christi.

I. D E primis quatuor, id est, Impassibilitate, Subtilitate, Leuitate, Splendore, non est prolixum negotium: Nam in iis probandum nullus est Coronus, & nihil supra. Impassibilitatem, inquit, Christus ostendit tum, quoniam corpus suum mortale dedit immortali; passibile, impassibiliter, subquantitate, qualitate, & figura panis & vini Formam argumentum, quod Sophista neglexit: Qui quid datur mortale immortali, passibile impassibiliter, sub speciebus panis & vini; id habet in se originaliter impassibilitatem. At Christi corpus ita datum est. Ergo habuit in se originaliter impassibilitatem.

II. Imo, inquam, mere *præstigia*. Distinguendum enim fuit. Datur aliquid vel *corporaliter*, vel *sacramentaliter*. Si datum intelligitur Christi *corpus*

C A P. I I.

*De Impassibilitate, Subtilitate, Lenitate, Splendore
Corporis Christi.*

corpus sub speciebus panis & vini corporaliter, negatur assumptum; quo
præsupponitur crassum illud Transubstantiationis cōmentum, quo ni-
hil vidit orbis absurdius. Sin autem intelligitur datum sacramentaliter,
cum negatur maior. Sacramenti enim ratio nihil mutat in re quæ signifi-
catur: sed tantum in re quæ significat, addit relationem; quæ cum incipit
esse alia, ut sit signum. Tum etiam alia ratio est negare maioris: quia a-
liud est passibilitas, aliud ipsa passio. Illa est potentia patiendi: hæc autem
actus. At certum est tum non desinere potentiam, cum nullus est actus.
Enim uero Christi corpus tum quum euasit per medios insidiatores, Lucae
4. nihil passum est, & tamē tum re vera & potentia proxima erat passibile.
Hoc est, poterat pati id ipsum quod adversarij cogitabant. Itaq; subduxit
sc. Ludicrō Coronus in vocabulis. Nam certe impassibile dicitur, non
id quod nihil patitur: sed id potius quod nihil potest pati: quod de Chri-
sto non probat.

III. Transito ad Subtilitatem. Hanc Christus, inquit, minimum sexies exercuit. Primo, cum natus est de Virgine: secundo cum transiuit per medios iuniores, Lucæ 4. tertio, cù egressus est de sepulcro: quarto & quinto, cum ostis clausis visitauit Apostolos bis: Iohannis 20. sexto, cum ascendit supra celos.

IV. Sed haec res nullus sunt. Nam prima obseruatio est nugatoria; quia in dubio, prout libro praeced. disputatum est. Tertia, quarta, quinta & sexta, iouiles: quia pertinent ad statum gloriae. Contigerunt enim post resurrectionem, quem exuta est mortalitas, depositusq; status exinanitionis. Non sequitur autem, si tum subtile fuit Christi corpus, semper etiam fuisse. Secunda autem, quid haberet, quæso, virium? Transiit Christus per medios inimicos: Ergo habuit corpus subtile. Ego vero nullam videbam consequentia. Nam in Actis lego Petrum dixerimus alio tempore: Et nemo tamquam affingit illi subtilitatem. Imo ipse Christus, Lucas 19. dixerit: nec tamquam subili corpore. Enimvero absit ut negem miraculum. Sed hoc miraculum in eo fuisse, ut redigeretur corpus ad subtilitatem, quamlibet habitum erat in gloria: hoc vero nemo adhuc inuentus, qui dicere: aliqui tantum, qui ad invisibilitatem: de qua postea. Et quid opus erat, quæso, subtilitate? Nisi forte imaginetur Cotonus penetratos fuisse singulos adstantium in ea turba: quod ridiculum.

V. Leuitatem ostensam Coronis dicit, cum, quū Christus super aquis ambulauit: & cum euanuit ex oculis discipulorum.

VI. Respondeo: euauisse Christum ab oculis discipulorum; non nisi post resurrectionem. Itaq; nihil ad rem, **Quanquam**, hoc ipsum, quid sit, proximo capite excutendum erit. Ambulasse super aquis scio: sed nihili qui video. Nam & Petrum itidem ambulasse certum: nec tamen quidquam colligit originaliter habuisse leuitatem in suo corpore. Imo Hie tonymus ad Pamphachium Epistola 61. **Petrus super aquas ambulat granis & solidi corpore.** Maldonatus ipse Iesu: a non concedit Christi corpus factum leue. Quod ego tamen non negarem simpliciter. Libenter enim concederem factum leuius. Nam & corpora sic vulgo natant plurimae. Imo, si ars & exercitium efficere possunt, ut humanum corpus, quod sua gravitate petet imum aquas, aquis tamen superster, non mutata qualitate, cur nos multo magis efficiat potentia Diuina?

VII. Quidquid non desunt, qui miraculum factum dicant in ipsis a-
quis factis solidioribus? Hieronymus ab ipso Cotonio recitat. *Tu praci-
pe, & illico solidabantur unda.* Et commentarij nescio qui Vatican. ac S. Joh.
i*tae ipsu[m] autem n[on] d[icit] auctor, n[on] d[icit] sacerdos i[n] eius u[er]ba.* *Tanquam Deo substratum*
est ei mare: & ambulabat super aquas. Quomodo Theophylactus, ut
spurcius p[re]dictus dicitur, *Subfranis Petro mare.* Salmero hanc numerat
secundo loco inter varias huius miraculi rationes; tractatu[m] 29. tom[i] 6.
vt ne Sophistae stomacheatur Caluinum in eam esse sententiam.

VIII. Sed contra Cotonus. Non sic, inquit: Nullum enim maius fuis-
set miraculum, quam cum hyperborei, & ipsi ambulant, & curros ducunt
super maria glacie concreta. Itaque, negat intelligendos illos authores
quasi reuera solidatas aquas dicent: sed Christum in iis ambulasse quasi
solidatis.

I X. Imo. inquam, abutitur lectorum patientia Cotonus. Enim uero, si huic audacie locus detur, quæ non eludentur miracula? Imo, hoc ipsum facile, etiam si detur corpus effectum leue. Tamen enim non est mirum corpus effectum leue, aquæ super naturæ; quam super aquas solidatas hominem incedere. Et quomodo, et si miraculum nullum sit in eo, quod corpus leue ambulet super aquas; est tamen non paruum in eo, quod corpus famum est leue Ita, et si nihil mitum, ambulare homines super aquis solidatis, tamen nonnisi miraculo aquæ fuere soli latæ. Vnde Theophylactus. *Cotinus niger rufus galactosus, deinceps rufus: utrumque substratum Petro mater ostendens suam potentiam.* Est vero nimis Cotoni conjectaria, cum speraret effecturum, ut quod illi interpretetur sed xere, id non videantur dicere: & nos suis conjecturis plus fidei habituros, quam ipsissimis verbis qualigimus. Enim uero non tam durus Salmero, qui ingenuè agnoscit quosdam ita velle. Viderit Cotonus. *Quanquam ego quidem non cred derim, soliditatem illam ita intelligendam, quasi reuera gelu aliquid effectum esset, sed aliqua alia ratione, quæ Deo ipso sit cognita.* Imo ego hue potius inclinatam, ut neque in aquis seorsim, neque in corpore mutationem ullam faciat agnoscere: sed potius in vitroque: & effectum diuinitus, ut contrordineni naturæ cohiberetur effectus ponderis: sic, ut quantumvis grave, non mergeretur tamen: quam seorentiam Salmero etiam non omisit

X. Superest splendor. Is, inquit, exsbertus est in monte Thabor: tum
quum ieret duos, Mosen & Eliam, Christi factus est vultus splendens v
sol: & vestes cardineas in flammis.

XI. Atqui hoc miraculum est: ideo consequentia nulla. Non enim, miraculo factum, ideo corpus Christi eum splendorem habuit originaliter. Imo vestes etiam mutatae, ac candidatae instar niuis: siue luminis, & hoc verum, hunc in illis candorem fuisse originaliter? Quod

C A P. III

De Inuisibilitate corporis Christi

II. Primum illi argumentum à Verbis Christi *Accipite, manducate: ha-est corpus meum.* Hinc enim alterutrum constare, vel Christi verbum effimendax: ve cuius corpus esse inuisibile sub accidentibus panis & vini. Ante prius absurdum. Ergo, posterius verum.

III. Faciliſ response. Primo, non probati quæſtioneſ: quæ eſt de co-
pore Christi inuiſibili per ſe At hoc argumentum concludit duntaxat ei
ſe inuiſibile, ſub accidentibus panis & vini. Hæc autem inuiſibilitas eſt
accidentaria: & faciliſſima, non tantum in corpore Christi, ſed etiā in quo-
libet. Nihil enim facilius, quam quiduis abſcondere ſub alienis acciden-
tibus. Sic corpus tectum vſtibus, latet obductum earum vſtium colore.
Sie Sol, propter vmbra m̄rre, videri nequit. Sie Rahab ſpeculatoris in-
uiſibiles reddidit, Iouie 2. eos occultans ſubſtipula lini. Sic alia plurima
Quin & cetera, qui hoſtiā rodunt, facile delitescant ſub eius ho-
ſtæ accidentibus. Quid mirum igitur, ſi ſub iſi dem accidentibus laten-
corpus Christi ſit nobis inuiſibile? Si tamen late: quod nunc in diſpu-
tationem aouo voce Secundo, dico neutrum le qui. Nam & verbum Christi
eſt verae illūmīnū, vi potē diuinū. Et tamen corpus Christi non eſt inui-
ſibile ſub ſpeciebus panis & vini. Quia omnino non eſt ſub iis: & Sacra-
menta nihil mutant in natura ei coius ſunt Sacra-
menta.

I. Secundum argumentum ex *Lucas* 4. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & deduxerunt illum usq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat adscita, ut precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. Et *Ioannis* 8. Tulerunt ergo lapides ut iacerent eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Grecce addi:ur, quod nō glexit vetus interpres: quoniam transiisset per medios ipsos & progressus est. Hinc Cotonus primo vrgit: τὸ διάλεγον quam vocem Paulus etiam usurpat ad *Habituos* 4. cum dicit Christum διαληθότα τὸν ἄρχοντα. Secundo, Christum hoc miraculo voluisse suam Deitatem demontrare; testibus Ambrosio, Euthymio, Thoma. Denique, exhibuisse se se inuisibilem, teste Theodorum Heraclensi, cuius locum exscriptum a Maldonato in *Ioannis* 8. Αὐτῷ γένος τὸν εἰς τὴν πόλιν τοῦτον καὶ τὸν αἴλας ὃδὲ εἰς οἰκονός, ὃς ἀν της σινθέτη καταφυγών ἀδέπλων εἴσει τοιχούς η τοις περιεγένετος, αἷς ἵζεσθαι δικῆν ἀρρεγοτον εἰσερχοτοις ἐντελεχείας οὐκέτε ποτε, Διὸ μέτοι περιεργάμψατο, καὶ ἤγειρε, καὶ παρεγένθη αὐτῶν. Recessit, non continentis seipsum in angulo: neque, ut quis posset putari in domunculam confugiens, ac ne quidem post murum columnamq; deflecentem verum potentia Divina inuisibilem seipsum in insidiatoribus constitutens per medium eorum non visua exiit. Et praterius eos.

V. Respondeo: primo, arguementum nullam vim esse. Quia nihil sit in contextu, quo inuisibilitas designetur. Itaq; Maldonatus in Lucam. Quid le miraculum fuerit, incertum. Quid disertius? Imo, inquit Cotonus, non dubium. Imo, inquit Maldonatus, Verba tantum significant eum securum, si nulla fugia, sine villa festinatione, per medios hostes, graui, lentoq; gradu processisse. Hoc enim via mihi verborum videtur indicare, qd' autem dies ad ipsa agmina uiatur, inquit, & ipse (vel potius, ipse) autem: est enim oculia quadam antithesis, per medium eorum transiens, ibat, id est, procedebat, qd' securus gradiebatur. En tibi Iesuitam, & quidem magni nominis, r' mantem omnia vocula, ipsum etiam illud dies ad ipsa ponderantem: & tamen nullam inuisibilitatem aduententem. Factum male i' vtcumq; sit, habet Cotonus contra testem, & quidem domesticum, Eoim uero, quid illud est dies ad ipsa mirabilia? An inuisibilem factum fuisse? Non est ausus dicere, ne mitet nos nolle credere.

V. At Christus voluit ostendere suam diuinitatem, esto inquam. Seperga: Sophista. Ergo, inuisibile fuit eius corpus. Unde hoc consequens. Aut quæ vis consequentia? Quasi non omnibus miraculis, hanc ipsam. Divinitatis potentiam magoifice ostendit; an ergo in singulis inuisibilatatem quandam Cotonus obtrudet? Nugæ. Iansenius Concordie cap. 54. Sed tantum seruat. Et manibus illorum eripit, idq; mirabili quadam potentia suis ostensione, qua illos, si vellent, ad paenitentiam commouere posset. Scipsum autem mirabiliter liberatus, non se vertit in auem, aut serpentem, aut aliud præstigiij genus, sed diuinam plane, Et se dignam virtutem ostendit. Haec tenus cum Cotono. Sed postea. Potest autem hic transitus dupliciter intelligi contingere, aut per hoc, quod illorum mutavit, vel obstupefecit sensus, ut vult Beata, adiumento scilicet illius vires; aut per hoc, quod se illius inuisibilis reddidit. Ergo, in

quam, non necessario concluditur invisibilitas, quod voluit Cotonus.
VII. Secundo: Concedo invisibilitatem. Video enim, si non necessaria am-
cette verisimilem: nec velim Theodoro fidem penitus derogare. Quid tamen
autem? An oblitus est Cotonus se agere, non de quacumque invisibilitate,
sed de originali; hoc est, quae ostium ab ipso corpore? At haec quomodo ex-
ruit ex iis locis? Certe Theodorus non simpliciter dixit *egregor* sed te-
spectie, *relicta in eis* *debet*. Salmo tom. 4. tract. 12. *Transfuit per medium*
illorum, *vel ad tempus excando illos*, *ne viderentur transiuntem*, *quemadmodum*
Angelus ciues Sodome, *Genesio decimo noz:* *Vel circundedit* *se nube* *ad ubi obte-*
nerat, *ut cum ascendente nubes suscepit ab oculis spellanissimum*: *vel ut*

testantur Beda, Albertus, & Nicolaus de Lyra, adhuc in sazo supercilij illius montis, quod Domino cessit non fecus ac si fuisset cera molle, ac blanda, qua recipit sigillum. Vel deniq; usus est dote subtilitate, ut cum de matre integra editus est in luce. En tibi modos quatuor, & in iis quidem tertium, meo iudicio, ineptum, ac nugatorum: & forte Toloto cogitatum, quum mittere se dicere ea, quae nonnullis piis quidem, nec indoctis, sed minus fortassis: limati iudicij, frumentarioribus, de ratione qua Christus euaserit. Sed tuncque; en tibi, inquam, modos quatuor; quorum ramen nullus agnoscit inuiscibilatem in corpore Christi. Ne quartus quidem, qui configit ad subtilitatem: nam id ipsum corpus nemo dixit inuiscibiliter natum.

VIII. Porro, si ea inuiscibilas fuisset in ipso corpore; mo ab ipso corpore, tum vero a solute dicendum erat corpus *αὐτοῦ*, non autem inuiditoribus, & sane nemo omnino vidisset. At Salmero tom. 8. tract. 42. *Diuinitas virtute inuiscibilis facta est illa: sed non fuit apostolie, & boni inuiscibilis.*

IX. Tertium argumentum, & quidem Cotonum palmarium, ex 24. Lucz, & ipse euauit ex oculis. Vbi rufus virget Gaea, tanquam nunc nuper Athene regresus, *καὶ τὸς ἀφαίνειν εἰπεῖν αὐτῷ*. Nam *τὸς ἀφαίνειν* negat posse directe aliud significare, quam inuiscibilem. Quia occasione multa blaterat in Caluinum & Bezan, imitatus suum Toletum, sed & Maldonatum s iuuenerit exultar.

X. Respondeo, *τὸς ἀφαίνειν* propriac directe else *τὸς μὴ φανέμενος*, id quod non appareat, quod ipsum etymou per se docet. Nec negem etiam quod Caesar Bulegerus maulit parte 1. contra tractatum orthodoxum segm. 120. *Id quod videri non possit dum patratuz*. Adde duplicitate aliquid videri non posse, vel per se, vel per accidens: else enim *ἀφαίνειν* vel ab ipsa rei, quae non appet natura: & tum appellari posse in uiscibilitatem *ἀρρεγεῖσθαι*: vel ab alia causa: acrum non else inuiscibilitatem. Nunc autem priori modo intelligendum negamus: nec probat Cotonus, nullus ei etiam Veterum dixit. Sed posteriori nos vere aferimus: nempe, quia Christus, rufus sua levitate, quae dos erat gloriofi corporis, subducens corpus suum subito ab eo loco, quo erat, efficerit, ut propter absentiam eorum non posset a quoquam eorum.

XI. Huius interpretationis argumenta nobis duo: Prius ab ipsa phras. Non enim *ἀφαίνειν* dicit Lucas simpliciter, siue etiam *ἀφαίνειν αὐτῷ*: quod oportuit, si se etiam praesente voluisse in uiscibilem, sed *ἀφαίνειν αὐτῷ*. In quo illud *αὐτῷ*, non pot. It significare nisi motum a loco. Itaq; Syrus interpres vertit *τὸς μὴ λητῶσιν οἱ λητῶσιν* Bodonianus reddidit, & ipse ablatus est ab eis. Lucas Brugensis, *Quod ab eis dicit, potius quam ei, videtur indicare non tantum inuiscibilem redditum Iesum, verum etiam locum mutasse*. Et paulo post. Rursum erant in eius amplexum simul atq; cognoverant eum: sed ipse transiit se also extra conspectum eorum. Augustinus de tempore, Sermonc 140. Dominus his cognitus est: & postea quam cognitus est, nusquam comparuit. Abscessit ab eis corpore, dum tenebatur fide. Itaq; Caieranus dictum notat euauit, pro dispergunt: quomodo Ammianus Marcellinus lib. 12. *Simul hoc dicens è medio prospectu abscessit, non auerjus, sed dum euauit, ret, ueretur retrogradiens & pectus ostendens*.

XII. Alterum argumentum, ab ysu Graecorum, apud quos *ἀφαίνειν*, *ἀφαίνειν*, cognata vocabula, intelligi dico autem semper, aut tene semper de inuiscibilitate illa, quae sit, non per originalem qualitatem, vt phras. ut Coronicæ sed hac nostra, quae sit per absentiam rei, quae alias si praesens esset, non posset non videri. Exempla sunt hæc de infinitis pauca. Primum *ἀφαίνειν*. Plato in Gorgia, *Νίντης ιεράζων αὐτοφάγος τοὺς ἄφαντους αὐτοφάγους*. Nonne eductos ambos singulauit, & inuiscibile esse est: hoc est, ita abscondit, ut amplius a nullo videntur. Hippocrates Trapezitico, *ἀφαίνειν Κέλης τὸ πάντα*: *Inuiscibilem redditum, id est, occultauit. Cittum seruum. Et post, ἔφασκιν ἡμέρας αὐτοφάγους τὸ πάντα*: *Dixit nos seruum abduxisse & conseruasti hominum: ita enim secure verto*.

XIII. Secundo, *ἀφαίνειν*, Euripides Helena, *κεῖντος ἀφαίνειν οὐδὲ μη*. *Ιλλήσεις*. Ille nusquam apparere cum coninge dicitur: id est, in vivo dectile numerat. Hermogenes *αὐτοῖς σύνετον* haud p ocul ab initio, *οὐδὲν οὐτός*, *εἰν τοῖς πατέρεσσιν αὐτοῖς θυρόδρῳ, φόνει φόνειν Helluo, οὐ Πατέρεν nusquam comparentem, εαδι reus*. Lucianus Philopseude, haud multo ante hiem, *Αὐτὸς δὲ δόστοιπος μελαχρώ, τον οὐδείς οὐτον, αὐτον, οὐχίστην αἴτων*. Ille, clam relitto me, nescio quo abiit nusquam visus. Idem de Syra Dea: *επεδὴ ἐφαίνειν οὐδέποτε*. Postquam a conspectu abiit, sermo est de Europa rapta. Longus Progenitor. *εἰπεῖν τὸν αἴτην οὐδὲν αὐτονομούσιον: Huc capra frequenter occurrent, crebro nusquam apparet*. Nazianzenus de Cypriano, *τὸν φύρον μη πολὺ πιστὸν Κυπριανό*. *τὸν σύρηται αὐτὸν τὸν Νομανούντον* plurimum erat apud omnes Cypriani, ac corpus non comparebat. Billius maluit: *obscurum erat*. Ariadous de Alexandriæ expeditione lib. 2. *προτοτοπούς φάλαγγος αὐτονόμης διελθεῖν*. Postphalangem occulter transire. Et iterum paulo post, *εἰπεῖν τὸ δέσιδην αὐτονόμης πολὺ πιστὸν Αλεξανδρῷ, Bicephalus apud Vxios nusquam apparet*. Alexandro. In protestatione populi Alexandrinii, quae extat extremo tomo 1. Athanasij, *οὐδὲν οὐδὲν πολὺς διπλωτός τας προτοτοπούς αὐτονόμης πολὺ πιστὸν οὐδὲν οὐδὲν πολὺς διπλωτός τας προτοτοπούς αὐτονόμης πολὺ πιστὸν Αλεξανδρῷ*. Episcopus distractus, tantum non discernit: certe post magnum deliquum, & promortuo tractus, ne cimis ubi factus sit inuiscibilis ab eis, id est occultatus: occidere enim conatis sunt. At, cum viderent magnum esse casorum numerum, militibus imperarunt, ut mortuorum corpora inuiscibilia constituerent. id est, occultarent. In concilio Constantiopolitanus sub Mena, actio. 1. bis legitur *ἐπειδὴ φάνταστον οὐτονόμην*. Nempe in supplicatione Monachorum ad Iustinianum Augustum: & paulo post in eorundem didascalico per Marianum porecto: quibus verbis significatur Antimus subduxisse se iudicio, quod nunquam ascquatus est Latinus interpres.

XIV. Restat *ἀφαίνειν*: ne vitilitigatores Sophistæ calumniantur cognata, at non eadem vocabula. Pindarus Olympiaca. *αὐτὸς ἀφαίνειν ἐπελεῖς: postquam nusquam fuisse conspicuus*. Scholiastes, *αὐτὸς ἀφαίνειν ἐπελεῖς, ητοι Εὐθύτες τοιεσοί, ητοι παρολεῖται εἰπεῖν*, postquam inuiscibilis factus est: & quis se querebant uacuam frustratio redire Anacreon Ode 33. de hirundine abeuntexi *μητρὶ τοιούτης ἀφαίνειν ητοι πεμψιν*. Theocritus Idyllio 4. *έρος δι*

εἰς τοιούτης ἀφαίνειν ητοι πεμψιν. Quidam superest? An ipsam phrasem *ἀφαίνειν εἰπεῖν* v. gebit tenebris? Quādam vidimus cognatam *ἀφαίνειν* την. En tibi ramen hanc ipsam. Diodorus Siculus lib. 3. *ἰερῆς τοιούτης πεταστούς οὐαραραγότος μεράλων ἀφαίνειν ητοι πεμψιν*. Et quinto v. *Ἄγαδης ἀφαίνειν εἰπεῖν εἰς inuisibilis*. Gregorius, Dialogo de sacris imaginib; apud Baronium anno vigesimo sexto octaui seculi, *τοιούτης ἀφαίνειν* (sic enim) *ἀφαίνειν εἰπεῖν τοιούτης πεταστούς ητοι πεμψιν*. Loquitur de imaginibus ab Imperatore deturba: is; & a populi conspectu ablatis.

XV. Nempe igitur vera est & recta interpretatio, subduxit se quantum. uis rideat Maldonatus, *Quasi vero, inquit, verba Euangelista defuerint, v. eum diceret abiisse*. Inpre. Nam hæc verba Euangelistæ fuerunt, quibus significaret abiisse: & quidem sumpta de medio, non affectate quæsita, aut violenter detorta: apud Gæcos significantia aliquid abesse, & ita abesse, vt nescias aut quo modo, aut quo subduxerit se. Salmero obseruauit. Euanabilem præsentiam. Verbum, euauit, Grace dicitur, disparuit: res tamen dicitur Latine euauescere, quod ex oculis, cum minus cogramus, subtrahitur. Hinc Plinius (lib. 9. c. 51.) Vere, inquit, pedines, limaces, hirundines eodem tempore euauescunt. Et Cicero declaru Oratoribus 1. q. & orationes reliquit, quia iam euauuerunt. Gorranus etiam, Scilicet subtrahendo ab eorum aspectu corporalium præsentiam. Euauit autem, non sicut phantasma per annihilationem, sed sicut res gloria per agitatem: quia, sicut Augustinus dicit, *Vbicunque, unde esse spiritus, ibipotius est corpus, scilicet glorificatum*.

XVI. Hacten us argumenta Cotonii. Nobis facile transigit restata: qui pro certo ponimus corporis Christi naturam non esse aliam quam veri corporis, & quidem humani, etiæ post resurrectionem: vt pote, cui si ad tua gloria, non autem ablata natura, v. loquitur Augustinus. Itaq; secure dispotamus argumentis naturalibus. Hoc esto primum: Nullum corpus per se visible potest esse simili per se inuiscibile. At corpus Christi est per se visible. Ergo non potest esse simili per se inuiscibile. Maior probatur à natura contradicentium: quorum alterum potest tantum esse verum: ideoq; non potest utrumq; esse in eodem subiecto simili. Ratio, quia implicatur contradictione. Minor est in confessu etiam apud Papistas. Nam, quod videntur distinguere, qua viatore, & qua comprehensorem, primo documentum esse absurdum: quia ipsum etiam implicatur contradictione. Secundo, negamus hanc distinctionem ad rem esse. Quia non distinguunt aut subiectum aut tempus: utrumq; enim supponitur idem. Itaq; manet contradictione. Recte, si quatenus Deus, quatenus homo. Vel, secundum animam, secundum corpus. Nam hæc sunt varia subiecta: vt non magis sit absurdum, Christum, qua Deum esse inuiscibilem, qua hominem vero visibilem, simili & eodem tempore: quam *Æthiopem esse album dentes, nigrum cetera*.

XVII. Argumentum secundum: Nullum per se inuiscibile est coloratum. At corpus Christi erat coloratum. Ego, corpus Christi non erat per se inuiscibile. Major pater: quia color est proprium & ad eum obiectum visus. Itaq; necessè est omne coloratum videri: & quidem per se: quomodo omne odoratum, olere: sonorum audiri. Minor negari non potest: quia statim negetur Christi corpus, fuisse corpus, aut certe humanum. Color enim est propria affectio corporis.

XVIII. Argumentum tertium: Quicquid habet in se originaliter inuiscibilitatem id est per se inuiscibile. At corpus Christi non est per se inuiscibile. Ergo non habet in se originaliter inuiscibilitatem. Vt pars Cotonica: & habere originaliter inuiscibilitatem, intelligo ita, vt inuiscibilitatis cause non sint externe. Itaq; maior pater. Nam si non esset per se inuiscibile, esse ergo per accidentem: & tum causa esset externe, ac proinde non habere originaliter inuiscibilitas.

XIX. Minor probat: Quicquid est per se inuiscibile, aut non quia appetet, aut non nisi per accidentem. At Christi corpus nec non quia appetit, nec per accidentem. Ergo Christi corpus non est per se inuiscibile. Minori patentes sunt manifestæ. Nam Christus conspicuū præbuit se: psalmi in proprio corpore, tum quādū fuit in mundo, tū post resurrectionem. I. Ioan. 1. *Quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus & manus nostra cōtrectarunt Ioan. 1. & spectauimus gloriam eius Actor. I. seipsum representauit viuū mulū ὑψητον, per dies quadraginta conspectus ἐπερέπτωτο ab eis: Nec est qui neget uter fuisse, & in seipso, conspectu. Iam maior non est difficilis probari, per inductionem. Nam inuiscibiles naturæ sunt Deus & Spiritus. Et hi, vel oculis cerni nequeunt, ne tum quidem cum sunt præsentes: quod nemo vocat in dubio: vel apparent in tunc per accidentem: h. e. vel per effectu, vel in similibus aliis formis. Perfecta, apparuit Deus in Paradiso, cū loc. tū est Adamo: & Salomon, cū templum implouit nube Angelus, cū turbauit sciamnam, & forte cū alloquu: est Zachariam ex altari. Per formas alienas, in Genesi apparuerunt tres illi: Abraham, quoru: unus dicitur Iehova dicitur. Et Ioanni Baptiste Spiritus in forma columba, & Gedconi Angelus, inquam vir. Sicalias se pessime. Neq; inquam inuenias aut Deum, aut Angelum apparet: nisi forte somnia addas: quanquam in iis nihil apparet parvissim: illum exib labunt Christiani.*

XX. Addere veteres, Nazianzenum Epist. 1. ad Cledonium. *τοιούτης ἀφαίνειν εἰπεῖν εἰσὶ τὰ τοιούτα τοιούτης πεμψιν*: Aliud & aliud, ex quibus constat Seruator: si quidem non est idem inuiscibile & visibile. Vigilius contra Euthychianos assertentes carnem mutatam in Deitatem, libri 4. c. 4. Necessè erit ut & caro sicut & Verbum, si unius cum eo est *Natura: inveniatur in inuiscibili, atq; incontaminabilis, & initio carens: aliter enim cum Verbo unitum non potest habere natura, sed quia carnem his conditionibus subiacet immutabile est unius autem, ut dicitur, cum Verbo natura est: Verbo mergitur & cunctum Arianos creabile & contabili atq; visibile.*

C A P. IV.

De Localitate eiusq; argumento ab Omnipotenti.

I. DE localitate longe animosior contentio est: quanto propriis atrapides, vt dixi. Disputarunt, quos videant Papistæ, Cotonus Institutio libri 1. c. 6. Bellarminus 3. de Eucharistia. Gregorius de Valentia p. mi

mi de vera Christi presentia, cap. 17. & tribus seqq. item 3. de sacramento Eucharistie, cap. 2. & Commentariorum in Thomam, tomo 4. disp. 6. quæst. 3. punct. 1. §. 22. ac seqq. Claudio Caroneus in Proemio Equitis Christiani. Petrus Mich. etiæ Iesuita controvrsiam de Eucharistia Dialogi c. 7 Richeomus in S. M. Ista declarata & defensa, libri 2. c. 4. ac seqq. Cosmicus Apologia Eucharistica contra Molinatum, c. 14. & 15. Conimbricensis in 5. prima capita 4. Physic. Sanctius Repetit. 4. c. 4. & 7. Sanctus in Aphorismis. Zacharias Boutrius exam. 1. de Virtute Religionis.

II. Catholici contra. Martyr in Pantacho. Zacharias Vianus in Defensione argumentorum ab Orthodoxis, contra Ubiquitatem. Ioannes Angelus Polonus, 1. part. Sophisticæ Eucharisticae. H. llopæus de tota re sacramentaria tractatus 3. c. 14. & 15.

III. Sed Papistæ disputatione altera quæ in precedentibus. Hactenus enim hypothesis fuit de solo Christi corpore, cui volebant tanquam privilegio indulgere. At nunc dant thesia de quo cumque corpore, & quidem triplicem Potestum corpus esse sic loco. Posse plura vera corpora esse in uno eodemque loco. Posse unum verum corpus esse in pluribus distantibus locis. Et priores quidem duas, non propter ipsas: sed propter ultimam, cuius putant hoc articulo fundamenta ponere. Nos, et si paulo alieno disputatione videatur ab instituto nostro, quod totum occupatur in Theologiciis: tamen, quia non minus hic est importunitatis, quam in illo alio capite: committendum non putamus, ut hanc partem neglegatæ præteremamus: applicatur tamen subinde vniuersalem thesin ipsi corpori Christi, cuius natura nobis praæmanibus.

IV. Nam vero illud posse, non quomodo in scholis solet cuiusque tertiæ potest dici, aptitudo quedam subiecti ad aliquid quod ita actu non habeat, ut tam ex principiis sua natura, aptum sit ad habendum: sicut homo potest esse mulier, pauper potest esse diues, surculus potest arbor fieri, & similia plurima: sed nouo quodam modo, sensuque pro Omnipotencia Divina, quæ possit efficiere, quæcumque non implicat contradictionem. Itaque fatentur quidem nullam esse naturali dispositionem, per quam possit sine loco corpus esse, aut in pluribus locis: plurae corpora in eodem loco: sed tantum, Deo miraculo efficiente, posse accidere absque illa corporis veri destructione. Bouerius confessio. Id lib. inter in gratia Beze accipio, hoc natura omnino vires excedere: neque enim natura, quæ visibilis est, ac certis terminis comprehensa, inservibilem aut incircumscriptam substantiiam gignere potest: eam enim præstitutuisti à Deo legibus contineri necesse est, ut ea tantum efficiere possit, qua naturalem affectabilium rerum ordinem consequuntur. Res vero, cù qualitatibus, dimensionibus, ac ceteris accidentibus, duntaxat nobis se aspectibiles reddat, sane perspicuum est, id natura viribus fieri non posse, ut substantia dimesionibus penitus expoliatur.

V. Quo fuit interemptiō immodestia Cor. imbricensium, qui hanc disputationē in medium Physicæ disciplinam inseruerunt: quasi Physicæ essent disciplinae miracula. Quid si in animū induxerant, cur non idem de Christi generatione temporali tractabant? & de mutatione aquæ invicuum, & de vxore Lot mutata in statuam salis, & plura: ma: similia? Imo, cur miraculus in genere disquirendis suum negarunt locum? Quanquam ne alij quidem consideratores, qui hoc vniuersalum negotium metiuntur ex ipsis naturæ corporum Cita enim videti volunt principiis, quæ conantur conciliare cum Omnipotencia.

VI. Sed enim his thesibus omnibus, præter propria singulis, unū omnibus argumentum generale invenitum est, ab Omnipotencia, quod in hoc limine disponentem videtur, ut reliqua sigillatim possint faciliter discuti. Sic igitur illi. Apud Deum omnia possibilia sunt, ipso pronunciantem Christo apud Matthæum 19. & apud Lucam Angelo, cap. 1. ergo potest idem Deus ea ipsa quæ iis thesibus continentur.

VII. Respondeo, negari consequentiam. Nam illud posse, vel significat energiam, hoc sensu, ut, et si non semper, tamen aliquando ea faciat, aut fecerit, aut facturus sit; vel simplicem considerationem eismodi potentia, abstractamque à rerum eventibus; ut qui dixerit, posse Deum hominis generationem conseruata integrâ virginitate: quod quidem aliquando factum fuit, & qui dixerit posse creare mille mundos: quod tamen neque fuit, neque porro futurum est vñquam.

VIII. A nos de priori potestia consequentia negamus: quia nunquam certum est argumentum ab omnipotencia Dei: nisi præter vel facti certitudo, vel certe voluntatis Diuinæ cognitione. Nam ipsum Bellarminus c. 2. tertij de Eucharistia, disputat multa Deum posse, que tamen nunquam facturos. Et 5. quæst. 2. disp. 9. in 3. Thomæ, Non quicquid est possibile, affirmandum est factum esse, si omnino sit supernaturale, ac miraculosum, & reuelatum non sit ita factum esse, nec ex reuelatu satis colligi possit.

IX. Dealtera potestia, ratiō negari consequentiæ: quia, vñalias disputationum, Omnipotencia Dei non extenditur ad ea quæ sunt impotentiae, defecit. At hæc sunt impotentiae defecit. scilicet: ergo, Omnipotencia Dei non extenditur ad ista, que in iis sunt, de quibz Thomas dicit, melius dici non posse fieri, qd Deum non posse. cere: ut desinat nobis aduersarii importune obsecrare suum illud, Deus non potest, qui nō potest, perpetuus est Bouerius.

X. Probatur minor: nam maior est in confesso: Quæcumque implicat contradictionem, ea sunt impotentiae: at hæc implicat contradictionem: ergo, sunt impotentiae. Major probatur, quia omne mendacium est impotentia. Itaque Scriptura testatur, impossibile esse mentiri: Deum, 6. ad Hebreos: & negare se ipsum non posse, 2. prioris ad Timotheum. At quæcumque implicat contradictionem, ea sunt mendacia: quia ponunt simul esse, & non esse. Minor autem facile probatur: quia, cum proprium sit corporis occupare locum vnum: tum certe, qui corpus dicit esse sine loco, vel esse in pluribus, vel contra, corpora plura esse in uno loco, tum is profecto dicit corpus esse non corpus. Quæ ratiocinatio eo nobis gravior est, quod omnis usurpata Theodoreto, capite quarto dialogi tertii.

XI. Hic vero variæ sunt aduersariorum artes. Sapientus facete Aphorismo. Hieronymus in 8. Matthæi, Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat. Ergo, qui dicit agendum de voluntate Dei, concedunt rem ipsam posse fieri. Scilicet, quia prior ratio nostra negabat argendum ab Omnipotencia sive voluntate.

XII. Ita me amet, quicquid est Theologalium virorum, ut arrisit subtletas acumen, quo id probamur ponere, quod tamen velis. remisisti, in multis oppugnat. Sed sic plurimum, sinistro quadam fato, ut tanto acuminis desit

iudicij soliditas. Qui voluntatem rogat: Reple, doce, diuine dictum. Hieronymo significante leprosum, qui Dominum rogarat ut se vellet sanare, non dubitasse, quin posset si vellet. Ac sancte ita era protestatus, si vis, potes memandare. Sed hoc, quid ad nos? An nos Dominum rogamus, ut vñ corpus faciat esse sine loco? At nos potius Sophisticum Papistatum refutamus argumentum à negata voluntate. Sic: Quæcumque Deus potest efficere, ea potest velle. At hoc, de quo agitur, Deus non potest velle. Ergo, neque potest efficere. Aut hoc refutato, Sapete: aut mitre ridicula acmina.

XIII. Bouerius: Illud primum percontor. Utrumque omnia credere oportet, quæ Deus hominibus per Angelos, & celestes nuntios reuelat, vel que nobis Scriptorarum oracula de Diuina Maiestate ac potentia praedicant? Si negant, Scripturatum autoritatē contemnunt: si affirmant, car dixit Beza, Non credendū, nec vñiversaliter recipiendum Angelis dictum?

XIV. At qui hæc nulla sunt Beze verba. Imo hæc potius in Cœrophagia contra Hesychium, obiicientē omnipotentiam: Dic obsecro, an potest mori Deus? Hes. Apage. Th. Habet igitur aliquæ exceptionem tuū illud dictum, omnia esse Deo possibilia. Primum enim eripienda sunt, quæcumque non sunt alicuius potentiae, sed infirmitatis potius argumenta, ut mori, mutari, & quæcumque sunt eius generis. Sed age, progrediamur. An putas Deum efficere posse, ut tria, quatenus sunt tria, sint quatuor? ut effectū præat efficienti causa, ut quod factū est, factū non sit, & alia eiusmodi? He. Apage hanc profanam curiositatem, Th. Hac profanam non sunt. Hes. Tunc igitur Dei potentia ab aliis finibus circumscribes? Th. Minime: sed hoc dico, multa esse Deo impossibilia, non simpliciter, sed ex hypothesi: quoniam videlicet illi visum est ab initio certas leges certis rebus prescribere: cuius ordinis est conservator, non cursor. Itaq. cum hoc dico, de potentia Dei nihil detrahō, sed perpetuam & invariabilem ipsius naturam commendabo. Hæc, in quam, Beze verba sunt, quæ cur non descripsit, mitto describere: at, cur mutauit Symphanta, & maluit dicere, non credendum Angeli Verbum?

XV. Verum tamen, ut calumniæ, si fieri potest, calumniatores pudeant, iubeo relegere Theodoreti Dialogum 3. quem viderunt Beze voluisse descriptum, aut certe contractum in compendium. Descriptio ex cap. 4. eius olim in scriptum in controversia de Omnipotencia. E.P.A. ηγεις μηδην οὐδὲ πάντα δύων τοῦ Θεοῦ. Didicimus omnia Deo possibilia. Sic obiiciebat Catholico hereticus us olim, nō minus confidenter, quā hodie Papista. At Orthodoxus, ἀπόστολος Διοκανόδηρος, οὐ μαθαίνειν τὸ λόγον, οὐ στέφειν τὴν Θεοφανίαν μετὰ, οὐ γάλακτον, πάντα εἰπεῖν, οὐ τούραφα, οὐ τούτους, εἰπεῖν. Cum indefinitè assertus, cōpletoris oratione tua, etiā quæcumque partibus, diaboli competunt. Nam qui solute omnia dicit, eadē opera bona dicit & mala. Pergebat impudens hereticus, ὁ πρῶτος θρυαλλος, λαζαρίντιος εἶπεν εἰδὼν πάντα δύων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν εἰρήνην τὸν τοῦ Θεοῦ. Ergo etiam peccare possibile est omnipotenti Deo secundum tuā sententiam. Cui hereticus, ιδειτε, inquit, Nequaquam: Vnde Orthodoxus: πολλὰ τοιών δύων τοῦ Θεοῦ τολμαὶ τολμαὶ οὐδενατον. Multa igitur non potest: cum plurima sint genera delictorum. Et post nonnulla impossibilium exempla, πολλὰ τοιών αλλα τοιών δύων τοῦ Θεοῦ, οὐδεινατον. Στεφανός τοῦ Χριστοῦ, πολλὰ τοιών τοιών τοῦ Θεοῦ, οὐδεινατον, εἰπεις πρόφειον τοῦ Απόστολον, οὐ δοτε τοιών, εἰπεις πρόφειον. Multa etiam alia reperire licet, que nō minus sunt impossibilia. Nec enim eternū erit: in tempore, nec increatū creatum atq. factum, neq. infinitū finitum, & quæ sunt eiusdem generis. Placuit Sancti Patris diligentia. Placerunt eius diligentia manifestissima in Beze scriptis vestigiis. Placuit in tanta causarum similitudine tanta argumentationū vicinitas: ut non possint Beze, nō nobis, insultare Papista, vt non pedibus proterter venerandā antiquitatis canicem: cui, cum libet, tantū deferre profidentur. Quo minus mouebunt nos bruta Bouelianæ eloquentie fulmina. Proh prodigiosam hominis temeritatem, quæ homines à vera Dei fide auertit. Quid Beze? T. ne, que iubet Deo de ipsis Maiestate ac gloria Angelis hominibus annunciant, temere, vel expungere, vel corriger audeas? Heu, quo humana impietas erumpit! Nam quid hic est præter temerarium impetum eius, qui neque quid ipse dicat at te adit, neque quid aduersarius dicit, audiri volat quoquam? sed impudentiam Deo iudicii permittam: nostras refutandi p̄ites exequamur.

XVI. Contra hoc argumentū nostrum, triplex est instantia. Prima Bellarmini, nostrum vñ principiū esse, nihil credendum sine verbo Dei. At verbum Dei in usquæ exciperit ab omnipotentiæ hæc axiomata. Exillis autem duobus locis, neutrum posse clare ad ista reduci. Itaq. excipi nō debere.

XVII. Respondeo. Primo, in p̄spite Bellarmini argutari. Quia vñ negamus agi de rebus credendis, sed de non credendis. At nemō vñquam asservit, omnia non credenda debere extare in Scripturis. Nam non esse quatuor, pluresque personas in Deo, nūquam legas; nō esse duos plures mundos, & similia: quæ tamen apud nos certissimas sunt, vel hanc ob causam, quod in Scripturis nulla sit.

XVIII. Deinde, nostrum illud principiū maligne à Bellarmino recitari dico. Nemo enim nostrum dixit, nihil omnino credendum sine Verbo Dei, sed tātum, in rebus fidei. At cum de rebus agitur aliis, puta naturalibus; omnes profitemur multa esse credenda, i.e. habenda pro certissimis, quæ tamen nūquam docuit Verbum Dei. Hæc vero axiomata, de quibus nūc disputatio est, ad res naturales pertinent: atq. ob eam causam traduntur in naturali Philosophia Conimbricensium. Itaq., nemo debet mirari, si à nobis iudicentur rationibus aliunde petitis, quam ex Verbo Dei.

XIX. Deniq. Verbum Dei distinguimus in ἡράκλειον & τὸν ἀρχαῖον. Res autē fidei, in primis, quæ à nullis aliis orientur, & secundis, quæ ab illis pendeant. Illas primas concedimus extare debere in Verbo Dei. τὸν ἡράκλειον, h.c. exp̄s̄, dif̄s̄, etiā eq̄, ut Deum esse Unicum in tribus personis: hominem esse redemptorem. Christum esse redemptorem, & similia. At tres secundariae nō esse omnes expressas: sed erit ab expressis per legitimā necessitatemq; consequantia, ut Mariam fuisse obnoxiam peccato, sanatos nullos adorando, & alia. Porro, hæc tria axiomata, quatenus ad fidem spectant, in posterio i ordine consistere. Itaq. etiā nullo loco dicitur pronuntiatur, sicut ne affirmanda, an neganda: tamen iudicari ex diffinis locis, qui negant in Deo esse contradictionem.

XX. Enim uero, quod ea negat posse clare reduci ad ea quae implicant contradictionem, primo frustra est. Quid tum enim, si non clare, dummodo certe? Non enim omnis veritas semper est clara, & perspicua: nec tamen desinat esse veritas. Deinde falsum est. Nihil enim in natura magis perspicuum, quam contradicere ipsum sibi, qui dicat, corpus nullum occupare locum, plura corpora esse vno loco: vnum corpus esse in pluribus locis. Atque adeo horum fides postremo tandem sollicitata est a recentioribus Papistis, & maxime recentissimis Iesuitis, eorumque discipulis, & quidem immutatis peruersisq; humanioribus disciplinis, ut merito dicamus nunc orum esse nouum rerum ordinem. Nam olim ex nimia Aristotelis admiratione, Scholastici totam pene Theologiam corruerunt, reuocata ad axiomata Philosophica, quae illis in ore erant longe frequentiora, quam Scriptura. At nunc, ex stulta persuatione Transubstantiationis, Iesuitae naturalem disciplinam impugnant, & invertunt, & monstris repellunt; qualia nunquam vel Epimenides somnia esset.

XXI. Secunda instantia rursus Bellarmini: Alterum nostrum principium esse: eam veram esse doctrinam, quae Deum exaltet, & hominem deprimat: falsam contra, quae hominem exaltet, Deum deprimat. At qui dicit, inter ea quae Deus potest, esse etiam, ponere vnum corpus in pluribus locis, hic Deum exaltat, & hominem deprimit: quum fateatur plura posse Deum facere, quam nos intelligere: qui autem negat, Deum deprimit, & hominem extollit, cum dicat Deum non posse facere, quod homo non potest intelligere.

XXII. Respondeo, absurditatem huius argumenti facile deprehendi, quod eodem ipso probetur, Deum posse facere ea quae contradictionem implicent: quod tamen Bellarminus, reliquique Papistae, concedunt esse falsum. Nam certe forma eadem erit: Quaecunque doctrina Deum exaltat, hominem vero deprimit, ea est vera. At, quae doctrina docet Deum posse contradictionia, Deum exaltat, hominem deprimit: ergo eadem vera est. Et minor eodem modo confirmatur, quia fateatur Deum plura posse quam nos intelligere. Cum igitur illa conclusio abhorreat a vero: cum neceesse est falsissimum esse argumentum: quantumcunque in eo spem posuerit sophistarum nominatis simus.

XXIII. Itaque respondeo, illud principium apud nos nullum esse. Viderit Bellarminus, unde sit pescatus. Ego certe apud neminem vnuquam legi, praeter vnum Sanctissimum, qui meritum est sua petulantia, suis imposturis, vt minime omnium in nostris numeretur. Enim uero ille Repetitionis 4. cap. 7. cum obseruaret, in questione de corpore, vtrum possit circumscripsiue localiter, constitui in pluribus locis; alios negare, alios affirmare: Hoc posuisse sequendos, inquit, vel hec ratio persuadebit, quod in controveneris religione probabilius haberi debet opinio, quae sensum & naturam deprimit, Deum contra extollit, modo alias non aliquod ex Scripturis inuenias impedimentum. Et c. 4. hoc eodem fundamento nixus, eo progeditur, vt ne contradictionia quidem eximat ab Omnipotencia. Verba audi, iam si postulatur a nobis, quam late patere credamus Dei potentiam. & an saltem ab ipsa existamus, quae in creaturis manifestam contradictionem sensus communis concipi includere: respondemus ne quidem ista nos exciperemus: quoniam scimus Deum plus posse quam valeamus intelligere: quo ipsum priuamus, si tantum illi permittimus, quae facta possibilia apprehendimus: imotum demum magnitudinem Dei veneramur, quo magis a dea, quae nobis apparent impossibilia, extendimus. Hec Sanctissimus; ille scilicet religiosissimus Episcopus Ebroicensis. Ab hoc debuit Bellarminus argumentum suum sumptum proficeri, non nobis imputare, non nostrum principium vendicare: vt probaret se vel aliud agere, vel certe perperam agere. Vnum illi concessissimus libentes: eam esse doctrinam falsam, quae quomodocunque tandem Deum deprimat: sed eam veram continuo; quaecunque Deum exalter, non obtinabit a nobis.

XXIV. Quanquam his axiomaticis Deum exaltari, non debuit tam facile sperare se obtenturum a nobis: nunquam agituris Deum exaltatum iri vallis mendaciis, ne illis quidem quae de eo videbuntur magnifica predicare. At haec non possunt non esse mendacia, quae de eodem simul ponant esse, & non esse: quod manifestum in his axiomaticis; quae ponunt corpus manente verum corpus, sublata tamen eius definitione. Cum tamen olim apud Patres solenne fuerit axioma, non idem non auctoritate, in Christo scilicet, naturam negat. Quid? quod ne hominem quidem deprimunt? permisunt enim impune deo garriri; etiisque Omnipotentiam pro arbitrio metiri, & producere: atque inde sua quaelibet somnia confirmare.

XXV. Tertia instantia negat assumptionem, quae posuit hæc axiomatica implicare contradictionem. Impugnat ergo variis conatibus Bellarminus: illa implicat contradictionem, quae pugnat cum essentia rei: ita ut dicatur res esse, & non esse. At esse in loco, non est de essentia corporis: sed quid extrinsecum, & accidentarium. Ergo, non impugnat essentia corporis, esse in uno vel in pluribus locis. Suppleo defectus formis: Quaecunque implicat contradictionem, dicunt rem esse, & non esse. At corpus esse uno vel pluribus locis, non dicit rem esse, vel non esse. Ergo, corpus esse in uno vel pluribus locis, non implicat contradictionem. Probatur minor: Quaecunque dicunt rem esse, & non esse, sunt de essentia rei. At esse in uno, vel pluribus locis, non est de essentia rei. Ergo, non dicit rem esse, & non esse. Probatur iterum minor, quia esse in loco non sit de essentia corporis, sed quid accidentarium.

XXVI. Respondeo, rem dupli possit notione concipi, vel incomplexam, vel complexam, vt loquuntur Scholae Logicorum. Incomplexam dicunt, rem simplicem, quae sit subiectum enunciationis, vt cum dico, parietem esse album: tum paries est incomplexa, sive terminus incomplexus. Res autem complexa erit totum illud enunciatum, paries est albus; cum non parietem seorsim considerat quis, sed verumque simul, parietem album. Hoc posito, si rem incomplexam Sophista dicat, negatur prima propositione. Quia non tantum in iis est contradictione, quae tollunt rem: sed etiam sepe, quae candent ponunt: vt qui parietem dixerit esse album & nigrum; certe parietem non negat esse, sed tantum ponit, contradicit tamen: sed tollens rem, sive terminum complexum, & quidem tam serio mentitur, qui album dicit & nigrum, quam qui simpliciter parietem esse & non parietem. Sic in hac controveneris; quia corpus significat creaturam, quae vno tantum

est loco: si quis creaturam assit, esse in uno & pluribus locis, tum vero ille, eti non vegetatur eo capite, quod dicat creaturam esse & non esse, quod te ipsa facit, ramen effugere non potest, quia contradictionem implicat in termino complexo, hoc est, negat creaturam esse in uno loco, & non esse in uno loco: quia contraria sunt esse in uno loco, & in pluribus locis.

XXVII. Secundo, de re etiam incomplexa, nego assumptum illud. Corpus esse uno vel pluribus locis, non dicit rem esse & non esse. Et contra verum esse dico, eo ipso negari corpora esse corpus: quia proprietas non tantum corporis, sed etiam cuiuscunq; rei finita, vt sit in uno suo loco, quod postea disputandum erit.

XXVIII. Bouerius agit distinctius, duplice esse retum repugnantiam, formalem, aut virtualem. Illam, cum res rebus secundum se suosque effectus opponuntur, vt album & nigrum, calidum & frigidum. Hanc vero, cum non secundum se, sed secundum secundum esse: vt si sol in ligno verum generat, & aqua oppositam aliquam formam inducat: id enim exemplum selegit: ego faciliter ex ipsorum Papistarum doctrina, quisacerdotium & matrimonium pugnare dicunt: quia illud vacari velit perpetuis precibus; hoc vero abducatur a perpetuis precibus. Hac posita distinctione: quatuor modo contradictionem dicamus implicari: An ex repugnantia formalis? At hanc negat esse: quia locus non sit de natura corporis. An igitur ex repugnantia virtualis? At ex ista negat fieri contradictionem: quia videlicet Deus possit suspendere, & impedire effectus quarumcunque rerum.

XXIX. Scilicet ostendenda fuit Capucinorum eruditio: incertate. nim multum sciri huic hominum generi esse non minus acuta ingenia, quam altas cucullorum pyramides: Geminam, inquit, repugnantiam, formalem, & virtualem. Esto sane: sed quid hoc ad rhombum? Atqui de contradictione agendum fuit, longe alio negotio. Nam repugnantia virtuale, binas res comparat, de quibus praedicentur contraria, sive forma, sive effecta. Sed contradictione non nisi singulas, de quibus iisdem eadem affinentur, & negentur. Iraque, in contrarietate, non tantum illa virtuale, sed ne formalis quidem, illa contradictione aut est, aut esse potest: nimur, quia virtuale pars vera, quod fieri non potest in contradictione. Quare haec Capucini *ayxsoin*, de alliis interrogata, de cebris responderet.

XXX. Petrus Michaëlis argumentatur: Quod humanum ingenium potest concipere, Deus potest facere. At homo potest concipere quantitatem absq; vlo loco. Ergo, Deus potest facere quantitatem corporis absq; vlo loco. Probat minorem: quia quantitatem corporis potest definire absq; occupacione loci. Est autem definitio instrumentum, quo instrumentum nostrum naturam rei concepit.

XXXI. En consensem. Paulo ante Bellarminus numerauit hanc questionem inter ea quae superant captum intellectus humani. Nunc Michael contra, in iis quae idem ille intellectus potest concipere. O Sophista, vt importune luditis! Sed respondeo, distinguendū. Nam animo concepire, aliquando significat tantum imaginari: aliquando autem rei veritatem contemplari. Priori notione, negatur maior: id est, posse Deum efficiere, quaeunque homo potest concipere, id est, imaginari. Et sane non defuerunt inter Scholasticos, qui imaginari sint Deum posse peccare: nec nulli haeretici ausi dicere Deo esse membra instar humana. Quid? quod Carnæus imaginari potuit, posse Deum vniuersam suam efficientiam coactare ad unius Geometrici puncti quantitatem? Et Aliensis, Occam, Maior, Almainus, atque alii, concipere potuerunt posse a Deo producere, quid actu infinitum, testibus Comimbricensibus in tertium Physicorum, questione secunda de Infinito. Quae portenta sunt imaginationum. Itaque senior Sapetus in Aphrodisiis contra Axioma, Posse Deum facere quicquid intellectus non errans potest concipere.

XXXII. Altero modo: Contemplatio vel est abstracta, vel concreta. Haec, quae res quasque contemplatur, quales acti existunt in primis substantiis. Illa vero, quae res rationis abstracta est ab individuis, sive a materia, & ita formati entia rationis. Dico igitur, Deum & posse facere, & reuera facere quaeunque, sic contemplatur homo: nimur, ut si secundum eam rationem, secundum quam in contemplationem veniunt. Nam etiam realia efficit realiter: entia rationis abstracte. Sed entia rationis si efficiat realiter, implicabit contradictionem. Est autem quantitas absque loco, merum ens rationis: vt lux absq; aere, color absq; corpore, doctrina absq; mente: numerus absq; individuis.

XXXIII. Sanctissimus tonat altius, & mire declamat in eos, qui inolunt Omnipotentiam Dei proferrit in infinitum, ne subductis quidem contradictionibus: sed hac prouincia defuncti sumus proprio loco in attributis Dei: vt non sit necesse nunc iterare laborem. Hactenus de Omnipotencia: deinceps de Thesibus.

C A P . V.

An corpus possit esse sine loco.

I. Prima Thesis erat, Posse corpus esse sine loco, afferentibus nunc Papistis: Catholicis contra negantibus.

II. Primum illorum argumentum. Summum cœlum est sine loco. At summum cœlum est corpus. Ergo, corpus potest esse sine loco. Assumendum manifestum est. Maiorem probant tu authoritate Aristotelis, qui 4. Physic. 5. ὁ ἐγερός, ἡ πτερόν, ἡ τοῦ τόπου τὸ γένος. Cœlum non est alicubi totum, ne in vlo loco: tum eiudem ratione gemina. Priore: Quicquid est in loco, continetur aliquo corpore. At cœlum nullum corpore continetur, quia extra cœlos nullum est corpus. Ergo, cœlum non est in loco. Aletha. οὐ πάντα τοῦ τόπου τὸ γένος εἰναι τὸ τόπον τοῦ ἀλογοῦ. οὐ πάντα τοῦ τόπου τοῦ πάντων. οὐ πάντα τοῦ τόπου τοῦ πάντων. Quicquid est alicubi, est aliud ab eo in quo est. At cœlum non est aliud ab eo in quo est. Ergo non est alicubi. Probatur minor: quia vno cœlum nihil est.

III. Respondeo: primi syllogismi maiorem esse falsam. Dico ratione: Si cœlum non est in loco. Ergo, nullus locus est supra cœlum. At hoc falsum, ergo & illud. Consequentia patet: quia cœlum qui dicitur esse sine loco, intelligunt ratione ambitus supremi, qui nullo loco circumfundatur. Assumptum autem probatur: quia si nullus sit supra cœlum locu-

*ergo corpus Christi nunc non esset in loco; quod est falsum. Consequen-
tia per se est manifesta: At consequentis falsitas, tum ipsa aduersiorum
confessionem: tum Pauli testimonio ad Colossenses 3, *Superna quarite, ubi
Christus est ad dexteram Dei sedens: ubi est, inquit. Ergo, inquam, in loco. Ibi
enim non dicimus, nisi cum specialiter locum designamus, inquit Odo Clunia-
ensis Sermone de nascitu Domini.**

IV. Præterea, Omne finitum est alicubi. Cœlum est finitum: ergo est alicubi. Minor perspicua. Maior probatur ex ipso Aristotele, primo capitulo quarti Physicorum, n^o 23 in m^o & h^o c finita esse oportet: nam de infiniis ne cogitauit quidem Aristoteles) πόντος ταύτης μέσον είναι τὸ τοῦ οὐκείου. Ea quæ sunt, alicubi esse, omnes existimant: quod namq[ue] non est, non quād est. Cui coadiebat Augustinus, quum de corporibus, & quia nusquam erunt, ne erunt quidem. Rursus, Omne corpus sensibile, est in loco. At cœlum est corpus sensibile: Ergo est in loco. Minor perspicua. Maior ex ipso Aristotele eod cap. n^o 23 in d^o 20 τοῦ οὐκείου. Tertio, Omne corpus localiter mobile, est in loco. At cœlum est localiter mobile. Ergo est in loco. Maior perspicua: nam nihil potest localiter fieri absq[ue] loco. Tum, n^o 23 in c^o τοῦ πάντων, εἰ τι Φιλόσοφος, inquit Nazianzenus 2. de Theologia. Quomodo non est omnino in loco, si localiter mouetur? Et quidē negans Deum esse sic mobilem. Maior patet ipsi sensibus. Nam cœlum ita fertur, ut habeat sursum & deorsum, & ut loquuntur, Zenith & Nadir: dextrum & sinistrum: tunc Orientem & Occidentem.

V. Atne grat Aristoteles. Ita sane, sed ego huius autoris iuri aliorum autoritatem oppono, & quidem in Ecclesia maiorem. Augustinus libro 2. de sermone Domini in monte. Sua enim coeli excedit mundi corpora: sed tamen corpora, quae non possunt esse, nisi in loco. Iustinus in Eusebione Aristotelico: cum dogmatum, dogm. 2. 4. *πῶς τὸν οὐρανὸν τοῦτον οὐκέπει τοῦ φύσεως λόγῳ αὐτοῦ;* Quomodo non est absurdum, cœlum dicere ingenum, cum tamen sit in loco? Et prolixius dogm. 28. *Εἰ τὸ φύσεως κίνητον, καὶ τὸ φύσεως κίνητος οὐ φύσεως.* Καὶ μηδεποτε φύσει πάσῃ τῇ σεμνᾷ, εἰ μὴ τὸ δός τερον, οὐδὲ τὸ πέρατον αὐτοῖς τῷ αἰθλῷ. Si quod delatione mouetur, alicubi est per se cœlum autam delatione mouetur: ergo per se alicubi esse cœlum necesse est. Quid si hoc non est: ne illud quidem: etenim separari nequeunt. Ei conatur ei regni: cui τὸ φύσεως αἴτο, πῶς νυκτικὺς φύσει φύσειδι. Τοιοῦτον τὸν πόλιον μετεπένθετο τὸ νυκτικόν φύσειον τὸ νυκτικόν φύσειον τοῖς εὐτελεῖς πέρησι τοῖς τοῦτο τὸ φύσειον μηνινοῖς τοῖς τοῦτο. Si cœlum per se ipsum in loco non est, quomodo cum feratur circulari motu, partes eius alia sursum eunt, aliae deorsum? Quoniam autem suas per partes sit infra & supra, qui posse non esse falsum, cœlum non esse in loco. Imo, & in lefuis Peretus, cap. 9. lib. II. de communibus rerum naturalium principiis, disertet: *Nullum omnino cœlo locum assignare, plane absurdum est.* Et addi possunt Peretio quicunque philosophantes conati sunt cœlo locū assignare, de quibus idem Peretus cap. 8. Nam et si singuli non nihil aberrant, a vero loco: tamen omnes senserunt cœlum esse in loco.

VI. Quod si parum est momenti in iis autoritatibus, addo diuinam. Etenim Scriptura nobis locum describit supra celos, ubi sedes est beatorum. Articulus fidei. Vnde veniet iudicaturus viuos & mortuos. Ioannis 17. Pater, quos deadisti mihi, velim ut ubi sum ego, & illi sine mecum Eccl 10. In domo Patri mei mansones multe sunt. Ad Galatas 4. Illa autem, qua sursum est Hierusalem. Ad Colosseum 3. Quia sursum sunt, quarite: ubi Christus est in dextera Dei sedens. Quia sursum sunt, sapite, non quia super terram. E: ne multa colligim. Ieannis 14. Vado parare vobis locum.

VII. Hic Caronæ responderet, phrases esse metaphoricas; ut multas alias. Sed ego contra dispu. o. vere intelligi. Primo, quia Christus illud *vbi*, intelligit in quo ipse est. At in *cœlo* Christus est in loco, & localiter, ut docent Patres; nec Papistæ contradicunt. Secundo, quia Paulus illud *surgere*, opponit terris, tanquam *surgere* & *deorsum*. Hæc autem oppositio ne cogitari quidem potest absque infinita propemodū distanția. Itaque necesse est esse verum *vbi*. Denique ratio idem euincit. Nam qui sunt in *cœlo* sancti; non sunt in aëre; non in terra; non in sphera Lunæ; non etiā in primo mobili. Ergo habent verū & propriū, *vbi*, id est, locum.

VIII. Ad Aristotelis rationem primam: dico negandam esse maiorem. Quia est a falsa definitione, quae locum ponit esse corporis superficie continentis aliud corpus. Athae definitio neutra sui parte constat. Nam primo, necessarium est et loco, corpus contentum: ac proinde nihil esset in loco, nisi corpus. At Theologici agnoscunt spiritus creatos esse in loco. Lombardus distinet libri i. dist. 37. *Sunt ergo spiritus creati in loco: & trans-eunt de loco ad locum.* Deinde oportet omnem locum esse corpus. At hoc falso, quia ultra omnes caelos constat esse locum: ubi tamen nullum corpus continens. Nam si nullus est locus, non est ibi corpus Christi localiter: quod tamen fatentur ipsi Papistæ. Salmero rom. 9. tract. 23. *Nemo nostrum adimit Christo spiritum localem: nam in caelo locum habet quantitatem sua coextensem.* Rubeus io 4. Sentent. dist 10. *Corpori Christi, in propria specie considerato, attribuitur locus ratione proprietarum dimensionum.* Imo, non essent ibi Angeli in loco: quos tamen esse locales certum ex Lombardo, cum ita sint ibi, ut non sint alibi.

IX. In altera ratione, maior non est in confessio. Docti enim locum distinguunt in extrinsecum & intrinsecum. Illum corporis ambientis superficiem, iuxta Aristotelem Hunc vero (vt ait Bernardus in paruis & variis sermonibus, Serm. 51.) **vniuersaliter**, rei finem **fus substantia**. Horum locorum, ille quidem semper est alius à re locata: at iste non est alius à re ipsa, sed tantum cogitatione. Itaque, non est maior vniuersalis: sed tantum vera de his rebus, quae sunt in loco extrinseco. At qui nou sequitur, vt quae non sunt in loco extrinseco, omnino non sint in loco. Alias nullus esset locus intrinsecus. Et sane Christi corpus esse supra celos localiter, utrumque est confessum. Quomodo autem, si omnes locum oportet esse aliud à re locata: & tamen extra celos nihil est? Itaq., si non obstat quominus Christi

X. Rursus tamen respondeo. non constitui ab Aristotele cælum sine loco. Contra enim differre concedit esse in loco. Nam cap. 4. cœlum est in loco. et hoc non videtur esse in contraria. sed quod est in loco est in cœlo. Non inquiretur locus, nisi esset motus secundum locum. Propterea enim etiam cælum maxime distans in loco, quod sit in continuo motu.

Itaque tandem distinguit varias rationes loci: & cœlum pronuntiat esse
in loco partium beneficio: hoc est, quia reuera & singula & omnes ciu-
partes sunt $\pi\gamma$ alitibi, id est, in loco. Manifestum ex ipso sensu cōmuni.
Alibi enim est ea pars, quæ ad Orientem, quam quæ ad Occidentem: &
quæ in summo quæ in imo. Quin singula signa rotidem sunt loca.
Non potest autem ut cogitatione concipi, id esse omnino absq; loco, cu-
ius nulla sunt partes nō in loco. At nostri Sophistæ, cum corpus posse di-
cunt esse absq; loco, vniuersaliter dicunt: ut eius corporis ne partes qui-
dein illæ sint in loco. Pater ex Transubstantiatione, cuius vnius gratia
hic, quantus quantus est labor, suscipitur. Nam in hostia corpus Christi
dicunt esse, ut non tantum sit sine loco totum, sed etiam per partes.

XI. Præterea hoc de celo argumentum nihil ad corpus Christi. Nam causam constituendi cœlum ab alijs loco, Aristoteles notat hanc esse, quia nullum habet corpus quo ambiatur. Denotans non in ipso celo illocalitatem esse, sed ei potius extrinsecus accidere: nam si haberet aliud corpus superiorius, esset in loco. Quomodo omnis sonus est audibilis, si ad sinistras aures que audiuntur: alias non est audibilis: sed per accidens. Ita omnis color visibilis per se: at inuisibilis per accidens; si nulli sint oculi qui videantur. Atqui Christi corpus, si est in hostia, & inter manus Sacerdotis, non de-stituitur corpore ambiente. Itaque, non potest esse absq[ue] loco per acci-dens: sed per se. Non congruit igitur cœlorum illocalitati.

XII. Secundū argumentū: Si locus potest separari à corpore. Ergo, potest esse corpus sive loco. At prius veū. Probatur, Omne accidēt separari potest à substantia. At locus est accidentis: ergo, separari potest à substantia ac proinde à corpore. Sic Caronāus: sed prolixus, & sue motes intricatius.

XIII. Respondeo. Locū separari a corpore, nō vno modo intelligendū. Locum enim aliū esse extrinsecū, alium intrinsecū, vt paulo ante dictum. De iatrinseco, negatur antecedens. Nihil enim finitū separari potest à sua sua substantia: ideoq; neq; à loco intrinseco Itaq; in secundo syllogisme negatur minor. Locus enim intrinsecus nullo modo potest accidens dici. De extrinseco autem est actor esse accidentis: sed accidentis separari posse, cunctum dicitur, distinguo. Accidentis enim, vel in genere accipitur & indefinite: vel individualiter aliquod accidentis, rō dī. De accidente individuo (nempe hoc vel illo colote hoc vel illo pondere, hoc vel illo loco) concedo illud separari posse à substantia: neq; enim corpus nō erit corpus, nisi sit candidū, aut pondo tritū, librarium, aut in musæo. At accidentes indefinite sumptū, neq; separari posse à sua substantia. Non fert enim natura vñ corporis eiusmodi non coloratum, non ponderosum, non localē: h.e quod etiā non sit semper candidum, aut trium libraru, aut in musæo, non sit tamen aliquo color illitum, aut aliquo pondere graue, aut aliquo loco cōtentum. Iam nosti hæc contumeliam, non de loco est individuo, sed de loco indefinite.

XIV. Tertium argumentum: Omne posterius separari potest a priori. At locus posterior est corpore. Ergo, locus separari potest a corpore.

XV. Respondeo, prius postea iulq; dici, ratione, vel tempore: & separata alias eip'sa, alias cogitatione. prius tempore: id dicitur, quod rei accidentia non statim atq; illa oriū suū habet, vt senectus homo nec posterior. Non enim seux est homo iam tum, cū nascitur. Item experientia posterior ratione, & alia plu' imma. Ratione autē prius, posteriusq; id dicitur, quo ersi in singulis iudicioribus actu simul sit tempore cum eoū existentia, tamen, cum viriusq; natura in contemplationem venit abstracte, ratione aliquam habet prioritatis, vel posterioritatis. Ita ersi actu nullū vñquam corpus natura tale erit: nō ponderosum, aut coloratum, tamen corporatione virius est ponderis, & colore. Iam vero quae separantur eisipsa, sunt quæ actu possunt existere secundum à leiuicem: vt à morbo corporis: à terra Angelii. Cogitatione autē sola separantur: quæ ersi actu simul sunt, tamen distincte considerantur: vt humiditas & aqua: ignis & calor: lux & dies. Basilius lib. 1. contra Eunomium, in περὶ τῆς φύσεως στοιχείων, ἀλλὰ αὐτῆς τῆς φύσεως στοιχείων την μεταβολὴν τὸ πυκνόν θερμόν στοιχεῖον, ὃς τὸ πυκνὸν αὐτὸς τὸ φάσις, τὸ δὲ αὐτῆς της τηταπέραν τὸ αἴπον λέγεται, δοκεῖ περὶ τοῦ τοῦ αὐτῆς. ἀλλὰ τημεταβολὴν τοῦ αἴπον τῶν τελῶν, αἰδά τοι λεγεται διαπτήσιν τοῦ αἴπον. Quoddam est ordinis genus, nō nostra constitutum dispositione, sed ipsius natura consequens, cuiusmodi est ignis, & lucis que ab ipso est. Nam in ieiuniis priorem esse causam dicimus: posterius vero quod ab ipsa est, non interruat haec causarum ab iniunctim dirimentes, sed cogitatione, priusquam causatum canere intelligatur.

XVI. His positis, primo, si separatio intelligitur cogitationis, conced
maiorē: sed eam nihil ad rhombum. Nā cogitatio, siue imaginatio, nih
actu ponit in te, ut vulgo loqui mos est. Nos autē nunc tēporis disputar
de separatione reali, i.e. quāterre vtrū actu locus separari possit à corpore
Si autē separatio realis intelligatur, respōdeo de priorib⁹ & posteriorib⁹
ratione, f. Isam esse maiore Nam, et si sol sit prior sua luce, ratione; tamē
sole non potest lux separari realiter. Deinde, nego minorem. Nam re vere
locus (& locum indefinitē intelligo, nō hunc aurillum) locus, inquā, neq;
tempore, neq; ratione posterior est corpore. Non tempore: quia, *Res na
turales, pr̄esertim caduca, ac mortales* (Pererij verba sunt) statim atq; habem
quantitatē, necessario locū aliquem occupant. Non ratione. Quia substantia
finita propria affectio locus est. At substantia finita ratione prior est, quam
corpus. Hoc enim illi⁹ est species Itaq;, corpus ratione prius est substanc
tia finita quā corpus: nam substantia finita est & spiritus & corpus, & ad
substanciā oportet accedere differentiam specifican, quā faciat corpus
atq; eam ob causam corpus prius est substantia, quam corpus, prioritati
rationis. Et omnis substantia finita propriam sibi differentiam habet
prioritatem rationis corporis: & locus, quā sit.

CAR. VI

C A P. VI.

Corpus non esse sine loco.

I. **H**AECIUS PAPISTÆ: Catholici contra. Primum argumentum: Omne finitum necessario est in loco: Omne corpus est finitum. Ergo, omne corpus necessario est in loco. Minor est per se manifesta. Maior probatur. Quicquid est alibi necessario, est etiā in loco necessario. At omne finitum necessario est alibi: Ergo, Omne finitum necessario in loco. Maior patet: quia $\pi\tau\pi$ idem est q $\pi\tau\pi$. Ideoq; & connectuntur ab Aristotele

& promiscue usurpantur. Statim initio 4. physic. id est, disputationis de loco, ut eam proberet necessariam, nra p̄ d̄c. pars iōnā h̄m̄cōvōtī ēiōnē p̄s. Quocunq; sunt, omnes supponunt alicubi ēste. Et capite quinto, o d̄. s̄c̄r̄d̄; & p̄s. h̄l̄c̄, d̄l̄ c̄ m̄t̄ r̄t̄ p̄s. Et post, n̄j m̄t̄ & p̄s. Minor probatur, et si vix opus est. Nam si nou est alicubi: ergo vel nūquam, vel b̄iq;. At non ubique, est: enim infinitum, quod Deo soli competit. Non etiam nūquam: nam ne esset quidē: sic enim concludit Augustinus. Ergo, necessario est alicubi.

ne etet quide: nec enim concludit Augustinus. Ergo, in certiori est aliquid.
II. Rursus, probatur omne finitum esse in loco: Omne finitum, veleſt
substantia finita, vel accidens. At utrumque est in loco necessario. Ergo &
omne finitum. Probatur assumptum per partes. Primo de substantia: O-
mnis substantia finita, vel spiritus est creatus, vel corpus. At qui utrumque
in loco. B. filius de Spiritu Sancto, cap. 22. *¶ ἐπειδὴν ἀνθρώποις ἀνε-*
ρίσκον τὸν τούτου γένεντα στοιχεῖον. Alia omnes virtutes in circumscripſio loco es-
ſe creduntur. Et autem argumentum, quo probat Spiritus Sancti Deita-
tem: ideoque nullum est, si recipit exceptionem. At proinde illud *πάτητος*
τοῦ, non de verisimili aut contingentia intelligendum: sed de necessaria. Lombardus libri I. dist. 37. sect. 9. Duobus his modis dicitur in Scriptura ali-
quid locale sive circumscripſibile. Et in conuerso scilicet, vel quia dimensionem
capiens longitudinis, altitudinis, latitudinis distantiam facit in loco, ut corpus:
vel, quia loco definitur ac determinatur: quoniam cum sit aliquid, non ubique
inuenitur: quod non solum corpori, sed etiam omni creato Spiritui congruit: o-
mne ergo corpus omni modo locale est. Spiritus vero creatus, quod a modo est lo-
calis, et quod a modo non est localis. Localis dicitur, quia definitio loci termi-
natur: quoniam cum aliquid praesens sit, totus alibi non inuenitur. Non autem ita
localis est, ut dimensionem capiens distantiam in loco faciat. Hoc ipsum postea
repetit sect. 12. Hoc fuisus item prosequitur Suares Metaphysica dispu-
tatione quinquagesima prima de Vbi. Petrus lib. II. de cōnūibus p. in-
cipiis in proemio, Res naturales, præsertim caduca, ac mortales, statim atque
habent quantitatem, necessario locum aliquem occupant.

III. Audi Veteres Theologos. Cyrillum, lib. 2. de Trinitate. Si verè
sektionem & partitionem Diuina natura recipret, intelligeretur & corpus. Si
autem hoc, & in loco omnino, & in magnitudine. & quantitate: & si quanta
facta esset, non effugeret circumscriptiōnē. Locus est notatu dignus. Si Deus
esset corpus, esset in loco. Ergo, inquam, in utile omnipotē & xρωσφύγ-
num Augustinum, Epistola 57. Spatia locorū tolle corporibus, nusquam erunt:
& quia nusquam erunt, necerunt. Ergo, inquam, nullum corpus potest esse
abfq; loco. Qod contra Papistæ d sp. tant.

I V. De accidentibus facile negotium: quorum natura est inesse substantiae: ideoque, si substantia est in loco, erunt etiam ipsa in loco: quomodo, qui homo est in cubiculo, eum necesse est esse domi: quia cubiculum domi: & in urbe, quia domus in urbe: & in terris quia vires in terris. Et re ipsa haec aliqua albedo est alicubi, quia manifestum esse hic, & alibi nonquam quod etiam sensus renunciant.

V. Verum, de accidentibus dictum esto ex necessitatibus: quia ad nostram controversiam non pertinent. Illud certum, Omnem essentiam finitam, esse necessario in loco. Vnde conficitur, esse de essentia corporis, ut sit in loco. Hic vero non fuit omitendum sophisma Petri M. ch. celis Jesuicorum: Nullius rei actionem sive officium, de illius essentia est. Itaque, extendere partes substantiae non posse esse de ipsis quantum tatis essentia. Quia hoc ipsa ministerium prestat substantiae. Quare, quemadmodum in Christi corpore, aliquando impeditum colorem fuisse legimus, ne visum afficeret: ita etiam quantitatem, ne suo officio fungatur, impediri posse.

V. I. Respondeo: utrum demum actiones non esse de essentia rei, cum re-
apse differt actus à potentia: vt nō pugnatq; rō pōderē rō dōcērōr nō rō dōcērōs.
Visus & videre. At, cum nulla est realis diff' rentia, vt lux & lucere: vita, &
viuere: sonus & sonare: motus & mouere; atq; huiusmodi multa: tū vero
actiones ipsas esse de essentia rei. Sic lucem, quae nō luceat, aut vitam quae
non viuat, ne cogitauit quidem quisq; ā vñquam Præterea. quæcumq; ad
afficiendum indigent al. etius cuīusquam rei aptitudine, ad priorē illum
ordinem pertineat: vt colo, ad afficiendū oculos, indigeret tum aptitudi-
ne ipsorum oculorū, tum remotione impedimentorum, quae esse possunt
inter colorem & oculos. Alias enim, nec afficiuntur oculi cæcorum, nec
illorum etiam quos paries separat. At, cum effectio pendet tātum ab ipsa
essentia, tum vero resunt in secundo ordine: vt sit in omnibus aëribus e-
licitis. Sic, in corpore pondus, gravitatem suam semper habet: et si graui-
tatis effectus cohiberi possint. Porro localitas rei finitæ in his est: patet ex
definitione Bernardi, **locus est cuius rei finis substantia.** Neq; ad finiendum
suam substantiam, res vlla alieno: indigeret auxilio: quia ipsa per se, & in se-
se semper est finita.

VII. Iam, ne his disputandis aërem verberasse videri possimus; hanc ipsam doctrinam Veteres in corpore Christi veram & necessariam agnoverunt, & quidem diserte. Fulgentius lib. 2. ad Trasimundum cap. 5. *Vnus idemq; (Christum dicit) homo localis ex homine, qui est Deus immensus ex Patri.* Et paulo post. *Quod ipsis Domini certissimo potest cognosci sermone; qui ut localem ostenderet humanitatem suam, dicit discipulus suis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum.* Item, *Quomodo ascendit in cælum, nisi quia localis & verus est homo? Rursus, istam Christi veram humanitatem, qua localis est, ut veram diuinitatem, qua immensa semper est, Apostolica quoque doctrina cer nimus intimari.* Nam, ut Christi veri hominis corpus localiter contineri Paulus monstraret, ait ad Thessalonicenses: *Quomodo conuersus es ad Deum à simulacris, seruire Deum & vero, & expellare Filium eius de cælis, quæ suscitauit à mortuis Iesum.* Vigilius libri 4. c. 4. secundum vos, Euthychianos, aut Verbum cum carne sua loco cōtinetur: aut caro cum Verbo ubiq; est: quando una natura contrarium quid. & diuersum, non recipit in seipsa Diuinitus est autem, & longe dissimile, circumscribi loco, & ubiq; esse. Et quia Verbum ubiq; est, caro autem eius ubiq; non est, apparet unum eundemq; Christum utriusque esse natura: & esse quidem ubique secundum naturam Diuinitatis sue, & loco contineri secundum naturam humanitatis sua: creatum esse, & initium non habere: morti succumbere, & mori non posse: quod unū illi est ex natura Verbi, qua Deus est: aliud, ex natura carnis, quæ idem Deus homo est. Igitur unū Dei Filius, idemq; homini factus Filius, habet initium ex natura carnis sua, & non habet initium ex natura Diuinitatis sue: creatus est per naturam carnis sua: & non est creatus per naturam Diuinitatis sue: circumscribitur loco, per natūram

carnis sua: & loco non capitur per naturam diuinisatus sua. Hac est fides & confessio Catholica, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborarunt, & fideliis nunc usque custodiant.

VIII. Hos præcessit Augustinus. In Epistola 17. quæ ad Dardanum, Christum Dominum nostrum, unigenitum Dei Filium, & quem Patri, eudem homini Filium, quo maior est Pater, & ubique totum presentem esse non dubitet, tanquam Deum, & in eodem templo Dei esse, tanquam inhabitantem Deum, & in loco aliquo cœli, propter veri corporis modum. Item libro de essentia Divinitatis fece extremodo. Eundem Dei Filium, secundum substantiam Diuinitatis sua, invisibilem, & incorporeum, & immortalem, atque incircumscripsum, sicut & Patrem, & Spiritum Sanctum, nos credere & confiteri oportet. Iuxta humanitatem vero visibilem, corporeū localē, atq; omnia membra humana veraciter habentem, credere conuenit, & confiteri. Quoniam, sicut eundem Dei Filium & Redemptorem nostrum, secundum Diuinitatem inuisibilem, & incorporeum, sicut & Patrem, & Spiritum Sanctum, non credere, impunitum est: ita eundem Dei Filium in homine assumptio visibilem, corporeum, atq; localē, post resurrectionem non credere, & profiteri profanum est. Item apud Graianum Dist. 2. de Consecratione, canonc 44. donec seculum finiatur, sursum est Dominus: sed tamen hic etiam est nobiscum veritas Domini. Corpus enim Domini, in quo resurrexit, uno loco esse oportet: Veritas autem eius ubique diffusa est.

IX. Notandæ phrasæ. Nam m-nifesto, locale esse, in loco esse, circumscribi loco, contineri loco, contineri localiter, uno eodemq; sensu levigantur. Vnde constitactionem hic non separari ab essentia: & non esse aliud actum, aliud potentiam, ut locale quidem corpus Christi concedatur, attamen non contineri in loco. Secundo, opponi locale & infinitum: circumsciri loco, & vbiq; esse: quod & alias erit excludendum diligenter. Nunc satis est ad axioma nostrum, quo ponebam⁹ omne finitum esse in loco.

C A P. VII.

An Corpus non occupet locum.

I. **A**ltera Thesis Pap starum ponit, Plura simul corpora in eodem loco. Locum autem intelligunt, non communem, quoniam modo forum plures capit homines: Arca Noe, omne genus animalium: sed proprium & ad se quantum corpori, cuius est locus. At Catholici hanc thesin negant, & docent, Omne corpus occupare suum locum: ideoque non posse eodem capi plura uno.

Bellarmini argumentum pium: Deus potest omnia, quæ non implicant contradictionem. At corpus esse in loco, & non occupare locum, vel occupare & non expellere alterum, non implicant contradictionem. Ergo, Deus potest ponere corpus in loco: ita ut tamen non occupet locum. Probat minorē. Nam id est implicare contradictionē, repugnare essent. At non repugnat essentia magnitudinis, non occupare locum, aut non expellere alterum corpus. Hoc probat quatuor argumentis. Primo: Quia occupare locū est posterius ipsa magnitudine: prius enim res magnae est, & apta replete locū: deinde replet locum. Nihil autem posterius est de essentia corporis: essentiae enim in individuibili consistunt. Secundo, potest magnitudo intelligi, & definiri sine loco, sine repletione loci. Imo potest esse sine loco; ut patet in cœlo. Tertio: officium, seu functio non est de essentia vilius rei creata. At replete locū, & expellere alia corpora, est officium magnitudinis, & functio quedam externa. Quarto ita se habet moles, seu ex ensio, ad magnitudinem, ut gravitas ad corpus graue. Nam ut magnitudo sua mole replete locum, & aliud corpus extrudit: ita corpus graue iūa gravitate ponderat, & aliis corpora deprimit. At non est de essentia gravis, ponderare: ut patet, quia in propria regione aqua, & aer non pondent. Igitur neque de essentia magnitudinis replete.

11. Respondeo: hoc assumptum, esse corpus in loco, & non occupare locum, vel occupando non expellere aliud corpus, non implicare contradictionem, esse falsum. Falsum item non impugnare essentia corporis. Quinquem sophistam agit etiam Bellarmenus; qui pro corpore substituit quantitatem. Atqui, quantitas est abstractum quid, atque ita ens rationis duxat: proprieta nullum locum potest occupare. At corpus est concretum; nempe quantum nec sequitur, si illa non occuperet locum, aet hoc quidem. Nam illa caput non existit: at hoc reapse existit, cum sit prima substantia. Verumtamen condonemus hoc peccatum, & sic legamus, quasi, non quantitatem, sed quantum scripsisset. Est igitur falsum, non esse de essentia Quantitatis sine corporis, occupare locum.

III. Ad argumentum p̄ imura, respondeo, occupare locum posteriorius esse quanto, tantū ratione: sed et ipsa, siue actu, similē esse. Imo quantum esse ap̄: um replere locum, imperite dici. Nam aptitudo separatur ab actu: quomodo avis apta diuitur ad volandum, quæ tamen non volet. At nullum corpus est ita aptū implete locum: nam revera semper implet, quam primum existit, neq; existit, si non implet. Sic Augustinus negat corpora futura, si spatio tollas locorum. Pererius res naturales statim atq; habent quantitatem, locum aliquem occupare affirmat.

I V. Hinc facilis responsio ad secundum. Magnitudo, inquit, intellige potest absq; loco. Sane, inquam. At non quantum. Quomodo albedo: at non album. Quomodo doctrina: at non doctus. Quomodo anima: at non animalium. De tertio actum est praecedente capite.

V. Ad quartum. Primo, quid illud est; graue deprimere alia corpora. Hoc vero nullus Philosophus dixit, esse de natura graui corporis: sed tantum ut scipsum deprima; hoc est, ut tendat deorsum, Nam de aliis corporibus, res est accidentaria. Si ergo pôdaret, Bellarmine ut intelligit, nimis scipsum deprimere, & deorsum ferre, cum vero negatur, id non esse de essentia graui corporis. Nam quod ait, aëtem & aquam non ponderare, cum sint in uno loco: hoc vero falsum: Nam hoc ipsum esse in uno loco, si locus sit deorsum, est ponderare. Et enim, si non ponderarent, non essent graui: si non essent gravia, sursum ferrentur, ac proinde non essent inferne. Enimvero, quis neget ita se habere levitatem ad corpora levia, ut pondus ad gratiam? At qui non propterea negatur iugoi sualeantur, quod sit in summa regione. Ergo, ne aëti quidem, & aqua suum pondus, cum sunt in inferiore. Quies si verum, ita se habere molem ad quantitatem, ut pondus ad gravitatem: & pondus est de essentia graui-

vis: omnino necesse est, molem esse de essentia quantitatis, contra quam putavit Bellarminus.

VI. Secundum argumentum, ab exemplis non occupati loci: quae nos tamen negamus esse illa. Sed, excutiamus singula. Primum Matthei 19. Marci 10. Lucas 18. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuine intrare in regnum coelorum, & cum Apostoli dicerent, Quis ergo poterit saluus fieri? Respondit Dominus: Hoc apud homines impossibile est: apud Deum omnia possibilia sunt. Ergo, possibile est Deo camelum ingredi per foramen acus. At hoc fieri non potest nisi remota occupatione loci.

VII. Respondeo: nullam esse huius loci consequiam, et si non insistam illorum vestigii qui camelum interpretantur, rudentem: aut acum portam nescio quam, aut etiam confugiant ad allegorias, camelum esse Christum oneratum nostris peccatis, foramina acus, ipsas peccatas, quas pro nobis subiit. Hec, inquam, non est certum Franciscus Lucas. Quod comparatio, facilius, utitur, non intelligit impossibili magis impossibile esse: sed hyperbole est in huiusmodi loquendi generibus usurpata: quale est illud de iis inter quos insanabile diffidium est, prius ouem lupus ducas uxorem. Est autem mos, in huiusmodi hyperbolis conferri res minores maioribus; quasi contra illas his maiores essent. Iaq. Iansenius Concordiae cap. 100. Nec tamen necesse fuit dicere, hac sententia Dominum significasse impossibilitatem: sed simplicissimum fuerit hyperbole esse in hac loquutione, qua Dominus vulgar modo locutus, significare tantum voluerit, valde difficile esse diuitem ingredi regnum Dei. E: illustrat nonnullis exemplis. Conseruit Maldonatus, sed longe prior Hieronymus, lib. 1. contra Pelagianos. In hoc non quod sibi paret dictum, sed impossibile impossibili comparatur. Hoc vero si est, nullum superellit Bellarmino fundatum, ut totum argumentum ruere sit necesse.

X. Deinde, etiam si concederemus Christo hanc mentem fuisse, ut diceret posse fieri, ut camelus transeat per foramen acus; tamen, non sequitur, corpus non occupare locum. Nam etiam tenuissima filia, quae per foramen acus transiuit, occupauit locum. Imo, inquit, non potest camelus si occuparello: ut alioquin maior esset sub minori. Respondeo, posse camelum a Deo redigi in tantam tenuitatem, ut transire posset per foramen, etiam minus. Nam & corpora post resurrectionem futura sunt tenuiora, longe & subtiliora quam nunc sunt. Atqui, inquit, nullum est miraculum, si extenuetur ad illi tenuitatem Nullum? Hoc vero nego. Nam et si non sic transit, esset tam in attenuacione. Quomodo enim miraculum nullum fuit, cum invisibilis factus Christus, transit per medios insinuatorum: tamen in eo fuit, quod invisibilis factus est. Eodem modo miraculum fuit, non quod panibus multiplicatis saturata fuerunt: homini millia multa: sed quod panes fuerint multiplicati. Item miraculum, non quod auctor eius sanatus vidit, aut claudit sanatus ambulauit, sed quod vterque sanatus est.

X. Instat Bellarminus. Augustinus epist. 89. quæst. 4. recte docet, posse hominem dicitem, etiam si non desinat esse diuines, per Dei gratiam & potentiam, ingredi regnum coelorum. Deinde Augustinus libro d. Spiritu & litera, c. 1. aperte dicit, posse camelum per Dei potentiam transire per foramen acus, licet id nunquam factum, & nunquam fortasse futurum. Et id affirmant Nazianzenus lib. 4. de Theologia. Origenes in caput Matthei 19. assertens quomodo id fieri possit soli Deo esse notum.

XI. Respondeo: censi diuines, vel ex possessione, vel ex affectu. Illos, quibus datum abundare bonis, quis Forunata opes dixerunt Ethnici: Hos vero, qui sibi thesaurisantes in terris, suis etiam opibus corda affixerunt suos: adeo, non tam opes possident, quam ab opibus possidentur. Illos recte Augustinus assertur posse saluos fieri, etiam cum manent diuines, cuiusmodi paucos legas in Scripturis, Abrahamum, Iobum, Salomonem: At de aliis Christum esse potius loquuntur, testes habeo, Catholicanum: Hoc loco per diuitem intelligentes immoderatum diuitem amatorum. Ita quod etiplus amat, quam Deum. Iao Hieronymum lib. 2. aduersus Pelagianos, In hoc, non quod fieri possit, dictum est, sed impossibile impossibile comparatum: quomodo enim camelus non potest intrare per foramen acus, ita & diuines non ingredieruntur regna coelorum: aut si poterit ostendere, quod diuines ingredieruntur regna coelorum, sequitur ut & camelus intret per foramen acus. Nec mihi Abraham & ceteros, quos in veteri Testamento diuines legimus, exemplo proponas, qui diuines ingressi sunt regna coelorum: cum ipsis diuines ad bona ventes opera, diuines esse desirant: imo cum non sibi, sed alii diuines fuerint, dispensatores magis Dei, quam diuines appellandi sunt. Diuines ergo, non tam à possessione, quam ab affectu, impossibile est salvare, in sensu composito. In sensu diuiso, difficile, quod prius oporteat mutari: in ratio autem non fiat facile: sed per solam gratiam & potentiam Dei. Quomodo igitur diuines non ingredieruntur regnum Dei, nisi mutari: sic ne camelus quidem, foramen acus, nisi redactus in tenuitatem, quam quanta quantitas, tamen locum occupet.

XII. Ad secundum patet responsio. Nam Augustinus, & Nazianzenus, & Origenes, cum docent, camelum posse intrare per foramen acus: non addunt, etiam si nihil immutetur. Atque adeo Sanctius meo titulus dictum abiit, ad O nonpotentiam pertinere, ut camelus tantus, quantus est, se in acam insinuet.

XIII. Sequitur exemplum secundum ex Ioannis 20. Christi venientis ad discipulos cum fore essent clausæ. Et iterum, post dies octo, intravit ianuæ clausæ. Ex quo necesse est, ut corpus Christi, vel non occupauerit locum, cum transiret per ianuæ clausas, vel, si cum alio corpore penetra uerit. Quorum virtusq; est impossibile viribus creatis, & intelligentiam nostram superare.

XIV. Respondeo: primo, non haberi e Scripturis, Christum intrasse perianuas clausas: sed Τινεις την αποκριτην; quas voces Latinus interpres reddidit semel, quum foras essent clausa. Et iterum ianuæ clausæ. At Syrus v-

trobiq; cum essent foras clausæ. Sic autem nihil necesse est penetrationem intelligere. Vebam enim non cogunt. Quo minus mirum variare nostorū Interpretum sententias, Occolampadij, Caluini, Bezae, Martyris. Cur non enim liberum sit? Imo, cur illis non licet verisimiliterudines consecrari: quum Papistarum nemo sit, qui non se etiam leuissimis moeци patiatur?

XV. Sed argumentatur contra Bellarminus. Primo, Ioannem miraculorum diligenterissimum enarratorem, nec solitum verba sine causa multipliceare, magno studio, & quidem bis, addidisse foras clausas. At si perfenestrar, vel alio modo aditu patetfacto, ingressus esset, nullum fuisset miraculum Secundo, Lucas, cap. 24. Dominum dicit repente constitisse in medio discipulorum, & propterea spiritum esse putatum. Vide coaster Dominum nullo strepitu facto, sed tota domo immotam ante, comparuisse. Tertio, Parres uno consensu agnosceret miraculum, in eo quod Dominus corpus suum solidum, per aliud solidum introduxerit: Chrysostomum, Cyrilum, Angustum, Euthymium, Theophylactum, Iustinum, Ambrosium, Amphiliachum, Epiphanius, Hieronymus, Leonem, Grotium, Hilarium.

XVI. Respondendo ad primum, falsum esse nullum futorum miraculum, si aliquo modo sibi Christus aperiret aditum. Cur non enim quum miraculum non fuerit nullum in educendo Petro de carcere, reseratis tamen ianuas? Tum autem illud ianuæ clausæ, incertum, an ad miraculum pertinet. Et si non pertinet, tamen esse frustaneum non sequitur. Nam aditum esse potest, propter id quod sequitur de metu Iudeorum, ut obseruauit Franciscus Lucas.

XVII. Ad secundum: primo, Lucam non dicere Christum repente constitisse: sed tantum constiuit. Attamen, quia Chrysostomus, & alij non nulli ita explicant: respondeo secundo, nihil inde: qui enim repente adfuerit, tamen non consicitur ingressum per ianuas clausas. At nullus strepitus factus. Concedo: nego tam sequi ingressum per ianuas clausas. Reputatum spiritum audio: sed, propter penetrationem nego. Imo, quia quem nondum credebant resurrexisse, ne cogitare quidem poterant presentem: sicutio Actis Petrum iudicem putarunt Angelum, quod crederent in carcere constitutum, non posse ad ostium stare.

XVIII. In tertio illud certum. Patres nonne hos diserte scripsisse. Dominum ingressum per ianuas clausas, nec velim ego sane repugnare. Interim tamen demonstratio nulla est: sed tantum humani ingenij coniectiona, quæ nihil concludit necessario. Non enim (inquit Ciceranus in libro Commentariorum in Genesim) alligavit Deus expositionem Scripturarum sacrarum priscorum doctorum sensibus. Quin & ipsi Papistæ frequentissime à Veterum consensu discedunt, ut probauimus cap. 12. lib. 17. in 1. tomo.

XIX. Et tamen, quia negligi non debet Veterum autoritis: secundo respondeo, non sequi ingressum est per ianuas clausas: ergo, non occupauit locum. Quia ut nullum occuparet locum, necesse erat in spiritu verti; atque omnino amittere uaturam veri corporis. Ast, ad ingrediendum per ianuas clausas, iessicbat subtilitas corporis gloriose. Salmero Tract. 16. tom. II. Venit Christus, & stetit in medio, per dōtem subtilitatis foras penetrando: quemadmodum maris uerum, & saxonum monumenti penetraveraut, cœlumque penetratur erat, & nihil mirum corpus foras clausas posse intrare: nam si signus corpus in vapores soluit, multo magis anima Deo iuncta id potest agere, & multo magis Deus ualeat extenuare in nebula per subtiliora vaporem & penetrare & rursus cogere. Nec Salmero aut solus, aut primus. Amphiliachus ille apud Theodoretum dialogi secundi, cap. 3. εἰ τοῦ θαύματος ἀλλά τοῦ τοπίου οὐκέτι παρογόνων τὸν τὸ εἰς λεπτόνθετον μέσον τὸν πολυγλωττόν. Εἰ γάρ καὶ λεπτόν τὸν τοπίον οὐλας σωμάτων εἰσπρέπει μόνον τὸν πολυγλωττόν, οὐτοῦ τοῦτον τὸν πολυγλωττόν, εἰς τὸν τοπίον οὐλας σωμάτων εἰσπρέπει, τὸν τοπίον τοῦτον τὸν πολυγλωττόν. Dominus noster resurrexit a mortuis: non alio corpore iusticato: sed eo ipso quod erat: nec alio ab eo quoderat. Quin id ipsum, quod erat, demutans in subtilitatem spiritualem, totumque spirituale postquam adunasset, ingressus ianuæ clausæ: quod fieri nequit (Greci hic corrupta sunt, sensus tamen non difficultis) corporibus nostris hic constitutis: propter soliditatem partium, quæ nondum adunata sunt in tenuitatem spiritualem. Euthymius, ianuæ non pulsauit, ne turbarentur: sed clausæ illæ. introiuit tanquam Deus; & quasi corpori suo leui iam & subtili, ac immortali effecto. Lyranus, Hoc ex diuina ordinatione factum est: ut Iesus intrans ad discipulos ianuæ clausæ ostenderet se habere corpus gloriosum. Augustinus de Agone Christi, cap. 24. Post resurrectionem suam de corpore suo fecit quod voluit. Si enim potuit antepassionem clarificare illud, sicut splendorem soli: quare non potuit & post passionem ad quantum vellit subtilitatem in tempore momento redigere, ut per clausas officia posset intrare?

X. Hæc illi. Iaq. non verum, omnes Patres in eo miraculum constituerent, quod corpus solidum per aliud solidum si introducendum: quod Bellarminus non afferit. Cōtra potius, nullus inter eos ita loquutus est: præternum Augustinum, qui non nihil de mole dixit. Reliqui omnes tantum dicunt perianuas clausas corpus subtile ingressum, quomodo autem, non querunt sibi.

XI. Tertium exemplum est ex Domini nativitate corporis executis per veterum matrem clausum. Verum hac de re prolixè à nobis disputatum est quarto libro. Et ostensum etiam inter veteres non esse consensum in sententiam Papistarum: & scripturam contra esse. Itaque hoc exemplum frustra est.

XII. Quartum exemplum corporis Christi executis è monumento.

Nam colligimus Matthei 28. & Marci 16. lapidem ab ostio monumenti

non esse reuolutum, quum resurgeret Christus: sed postquam resurrexit.

Et ostenderetur mulieribus monumentum vacuum. Tunc autem Veteres docuisse, per clausas sepulchrum verum corpus exire.

XIII. Respondeo: nihil hic difficultius esse. Primo enim à resurrectione

corpus Christi immutatum habuisse subtilitatis dorem: quā habitu

sunt etiam omnium fidelium corpora in regno Dei: adeo ut spiritualia dicantur

dicuntur à Paulo. Quæ autem ita sunt subtilia, facile penetrant. Nam & in hoc rerum statu, aëre cancellos vitreos pertransit. Nec tamen eo minus futura sunt vera corpora humana, sed tantum glorificata. Salmo 11. tract. 7. Ab oblio monumenti clauso, & ob signato subtilitate dote viens ogressus est Secundo: ego constate ex Scriptura lapidem reuolutum postquam Christus egressus esset è monumento. Posse coniici non nego, sed necessario colligi, falsum. Itaque ne Bellarminus quidem ausus experiri. Quare hæc sententia tantum est verisimilis: auctoritatèmque suam totam mutuatur à Veteribus: quorum is fuit sensus. Cui quidem nolim valde repugnare.

XXIV. Quanquam non desunt in contrarium sententiae Patrum. Hilarius in Mattheum Canone post. Angelus Domini de cœlo descendens, & lapidem reuolvens, & sepulchro adsidens, misericordia Dei Patria insigne est, resurgentis Filio ab inferis virtutum celestium ministeria missentis. Leo Romanus Epistola ad Leonem Augustum cap 2. Dicant isti hypocrita, qui carceris mentibus lumen volunt recipere veritatis; in qua forma crucis ligno Dominus Christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumenti lapide que tertio die caro resurrexit?

XXV. Quintum exemplum ascensionis in cœlos, tum Christi, tum beatorum. Nam, cum certum sit Christum ascendisse supra omnes cœlos, ex quarto ad Ephesios, & similiter post resurrectionem corpora beatorum: & in cœlo nulla sit ianua, nulla fenestra, nulla rima, qua transi posse: Quia loc 37. solidissimi quasi ære fusi sunt cœli. Ergo, necesse est dari plura corpora in uno loco.

XXVI. Respondeo: primo, idem dici posse hic de subtilitate, ac in præcedentibus. Nam sane, si ianuas clausas, si ostium monumenti obseruat, hæc subtilitas potuit penetrare: multo magis cœlos, quæ sunt corpora simplicissima: ideoque multo penetrabiliora. Secundo, ne subtilitatem quidem hic esse necessariam duplum ob causam. Prima causa, quia, ut iam dictum, cœli, sunt corpora simplicissima: docet autem experientia corpora hoc magis esse penetrabiles, quo sunt simpliciora. Pater in aqua, aere, igne.

XXVII. Nam de loco Iobi, respondeo, primo, versionem non esse sinceram. Hebraice est. An expandisti cum eo שְׁמָרְתָּ לְאַתָּה הִרְתֵּא שְׁכַנְתָּ יְהוָה בְּשֶׁבֶת? vix est ut significet cœlos: sed nubes locis plurimis. Nam etiam Deuteronomio 33. vbi Septuaginta στρέψανται περιεργά. Hieremias 51. ἀπό. Latinus nubes habet. Mercurius in eum locum Iobi, nomine קָדְשָׁךְ propriæ aeris præsumebat intelligitur. qui aether proprio dicitur sub orbibus celestibus, à subtili & tenui sublantia, sic dicitur: nam קָדְשָׁךְ est communius: etiam aer media regionis, ubi sunt nubes, hoc nomine significatur. Deinde, illud quasi ære fusi sunt cœli, sicut nequit Nam Hebraice פְּנִים singulare est, cum קָדְשָׁךְ sit plurale. Itaque refertur ad קָדְשָׁךְ speculum pro quo non bene interpres cœlos substituit. Denique fortia ut speculum fūsum, non significat cœlum, corpus esse solidum, & densum: sed in sua subtilitate & pelluciditate, ac nitore constanter permanens.

XXVIII. Secunda causa: quia falsum, nullam esse ianuam, fenestrā, rimam in cœlis. Hos enim apertos non semel legimus. Mattheum 3. Baptizatus Iesus ascendit statim ex aqua, & ecce aperi sunt et cœli. Iohannes 1. Deinceps videbitur cœlum apertum. Actus 7. Ecce confacio cœlos apertos: & Filium hominis adstantem ad dextram Dei. Quod si possunt cœli aperiri, quid mirum, per eos corpora transire, tanquam per ianuam, fenestrā, aut rimam, ut ne sit penetratio dimensionum? Croquetius Catechesi 23. de hoc Christi ascensu agens ex professo, Verè nubes cœlosq; penetravit, cœdenib; dimensionumq; separationem patientibus corporibus illis orbibusque cœlorum.

XXIX. Hic contra Bellarminus disputat; non aperiri cœlos. Primo: si cœlum sua natura solidum est, & incorruptibile, certe probabile non est, tot foramina in cœlo esse facienda, quæ corpora sunt beatorum ascensura. Nec posse id nisi temere de Christo asseri. Primo, quia Scriptura nusquam doccat: secundo, contra insinuat, quarto ad Hebreos, cum dicitur Christus penetrans cœlos; tertio, si corpus Christi potuit ingredi clausis ianuis, quanto credibilis est, non disrupto cœlo, collaudans supra sydera? De Scriptura autem locis, quibus dicuntur cœli aperi, respondet; aperitionem fuisse secundum apparentiam, ac metaphorice: fuisse enim non realem colligit: primo, à similibus locis Actus 10. Apocalypses 19. Deinde, quia nulla fuerit causa, cui cœlum diuidetur. Nam neque spiritus Sanctus indiguit apertura ad descendendum: neque columba de cœlo proprio dicto missa est: sed in aëre & ex aëre producta. Sed & Angeli, cum spiritus sint, per quolibet corpora penetrare possunt. Stephanus autem oculis vel corporis, vel mentis vidit Christum. At cœlum, cum sit diaphanum, neutrām visiōnēm impedita poterat.

XXX. Respondeo: de apertura cœli facile posse in utramque partem disputari. Veteres sane nihil quod sciām definiere. Caluinus etiam negat expedire diligentius, qualis scissura fuerit, inquirere. Attamen nihil absurdum, si virginis Scripturæ verba, quæ non tantum οὐσίας λογού dicit, sed etiam οὐσίας Marci 1. Tum etiam id visum, non à Christo tantum, sed etiam à Iohanne, à Stephano: & visum non in somnis, non in extasi: sed vigilantibus & attentis: visum autem oculis corporeis. Hæc omnia, si nihil certi habent; & possint quibusdam potius conjecturis conuelli: quid esse poterit certi? & cur non itidem, non visum, sed quasi visum columbam à Iohanne non visum, sed quasi visum Christum à Stephano? Quomodo Petro, cui non visi sunt cœli aperi: sed quasi visi: etiam non visum linteum, sed quasi visum: quia in extasi? Quomodo Iohanni, qui non vidit, sed quasi vidit cœlum apertum: etiam fuit non visus, sed quasi visus equus albus: aut si non solet eadem visio, partim realis esse, partim metaphorica: sed tota aut realis aut metaphorica, cur in istis ita partes discipiuntur, ut ne sint οὐσίας?

XXXI. Enimvero, quid obstat incorruptibilitas, quominus perforari possit cœlum? Aut cur non potius ipsa illa incorruptibilitas, facilitatem adferat aperturæ? Non enim opinor verendum, ne si aperiatur, corrumperatur, si est incorruptibile cœlum. Imo potius negati esse incorruptibile, si cauenda esset apertura, ne corrumperetur. Etenim ea incorruptibilitas esset tantum per accidens: ac proinde non vera incorruptibili-

tas. Quod si in ascensiō Christi nulla Scriptura dicit fuisse cœlos apertos, certe nulla etiam negat. Itaque in utramque partem conjectura esse potest. Nec verum τὸ διελθεῖν contra quicquam innuere. Neque enim aperiōne aduersatur. Alioqui, non tantum in acu nullum oportet esse foramen, si penetraret camelus; nam eodem verbo Christus vñus est: sed etiam cum Lucæ 19. dicitur Christes διελθεῖν τὸ λεγόνον neceſſe esset eam clausam dicere, imo solidam. Quod quis ferat? scio potuisse penetrare cœlos clausos; si penetravit foras operatas. Verum, primo, hoc nulla Scriptura assit, vt docuimus. Deinde, si potuit fieri, non tamen sequitur factum.

XXII. Præterea, non sunt similes loci. Actus 10. & Apocalypses 19. Nam in his describuntur visiones exstatae. At in his nostris minime, de Petri invenimus τὸ εἰσελθεῖν. Incidit in eum mentis excessus. Et de Ioanne Apocalypsi 1. οὐκέτι εἰσελθεῖν εἰς τὴν κυριωτάτην. Fui in spiritu die dominico. Quia tanta mysteria, inquit Ambrosius, quæ sequuntur, non carnalibus, sed spiritualibus oculis videri poterant Haymo. Aperte demonstratur beatum Iohannem hanc visionem, non corporaliter, sed in spiritu vidiisse. Non tam in somnis, sed in extasi rapta est. Itaque, nihil per corpus vidit, vel audivit, vel sensi, vel intellexit: sed docendus eius spiritus à Spiritu docente assumptus est, ut alta & mystica posset intruere. Et tamen, inquit Bellarminus, verumque eadem verba. Sane, inquam. Quid ergo? An utrinq; metaphorica? Atqui non tantum utrinq; sunt aperti cœli: sed etiam utrinq; vidi. Et tamen, quamquam viderit Petrus, vidi: Iohannes metaphorice: tamen, sive Christus, sive Baptista, sive Stephanus conceduntur reapsi vidiisse, non metaphorice: cui non reliqua?

XXIII. Ast aperiendi cœli nulla causa. Quoniam tu te potius ignorare diceres? cui non sicut reserata omnia consilij Diuini arcana. Quod si ignoreas, an sequitur nullam esse? Quod vero si te dicam nolle videbere? Etiliud ex Polybiis 4. exprobrem? A voce περιηγήσας, τὸ δεκάτην, εἴπεις ιδε τὸ πέδιον οὐσία. Amentia est, cum malitia coniuncta, si quis cum ipso oculos sibi claudat, putet ne alios quidem oculis vidi. Nam alij viderant causam esse, ut, scilicet, tum Iohannes, tum Iudei, evidenti signo intelligerent Christum esse Messiam. Sic enim Maldonatus. Quoniam autem euidens signum, si tantum secundum apparentiam? si re vera nullum. Aut, eum posse hic signum certum agnoscere ij, qui paulo post nihil actum volunt, nisi Paulus Christum sibi proxime adstantem in terris viderit? Nam, in Stephano quam ridiculum configere ad cœli diaphaniam: cum certum sit non videri ea quæ sunt utrinq; cœlos: vix etiam pauca quæ sunt cœlos, quantumvis hodie diaphanos, non videri.

XXIV. Hactenus Bellarmino exempla fuere corporum non occupantium locum. Sequuntur exempla paulo alieniora: quia non eius generis: ex quibus argumenta sunt vel à pati, vel à maiori. Sextum, ergo est à patiis damnatorum: in quibus sunt multa miracula difficultaria, vel que difficilia, atque hoc est, de quo agimus. Primum, eorum corpora ab igne corporali comburuntur, ac torquentur realiter, nec dissoluuntur: cum tamen dolor corporalis tendat ad dissolutionem corporis. Secundum, spiritus eorumdem alligantur certis locis ac corporibus quasi carcerebus, unde nullo modo egredi valeant: Cum tamen spiritum teneri & impediri à corpore, non minus difficile videatur, quam corpus non teni nec impediri à corpore: quo minus libere transeat per solida corpora, ac si nulla essent. Tertium, iidem spiritus non solum tenentur, sed etiam affliguntur, ac torquentur ab igne corporali. Quum tamen ignis non affligat nisi dissoluendo continuum. Septimum exemplum. Non magis conuenit corpori quanto occupare relocum, quam graui ponderate, colorato videri: lucido lucere: calido calefacere. At potest Deus efficeri, ut graue non ponderet, coloratum non videatur, lucidum non luceat, calidum non calefaciat.

XXV. Respondeo. Primo, argumenti nullam vim esse, nisi mente conjecturalem; quæ tantum abest a persuadendo, vt vix etiam mouat simpliciores. Alioquin, ex quolibet quidlibet efficeretur. Certe hæc ipsa videntur difficultaria, quam vt spina producat vuas: aut ē tribulus his proueniant: quam vt Athiops dealberur. Et tamen hæc exempla Scriptura nobis profert rerum impossibilium. Quare, vno verbo negari potest consequentia. Et tamen videamus cuiusmodi exempla sint.

XXVI. Corpora videntur, nec dissoluuntur. Recte, inquam. Sunt enim indissolubilia post resurrectionem. At hic etiam videamus ignem agere in corpora aliter atque aliter, pro eorum diversa natura. Quodam enim non tantum dissoluit, sed etiam consumit, vt ne id sint amplius, quod erant: lignum, stipulam. At quedam dissoluit tantum, non cum consumit. Nam aurum in igne dissoluitur, si tamen liber liquefieri & dissolvi pro eodem usurpari: nec efficit tamen, vt ne sit aurum. Quid mirum, si in corpora indissolubilia non nihil agat, nimisrum vrendo non dissoluat tamen?

XXVII. At spiritus alligantur certis corporibus, & locis. At hoc falsum est, tam difficile videbitur, quam corpus unum non pelli loco ab aliо. Sunt enim omnes spiritus naturæ finitæ: itaque obnoxii loco. Quid ergo mirum, si alligantur loco? Imo spiritus humani nulli sunt aliter, quamdiu sunt in hac vita: nec aliter erunt post resurrectionem, quam in corporibus. Nec sane illa implicatur contradic̄tio. Cum contra, si unum corpus non expellat alterum, fit corpus non quantum: hoc est, corpus non corpus, sive quantum non quantum.

XXVIII. At spiritus patiuntur ab igne corporeo. Hoc vero mirum: & forsan non demonstratum. Sed etio tamen. Nam & in hac vita spiritus aliquid patiuntur à tebus corporis. Aristoteles Physiognomica. πολὺ ἐγκατέλουσαν φύσιν εἰς ἀγρούς τὸν τρόπον τοῦ πατέρος. Et iterum. Δοκεῖ μεν οὐχὶ ψυχὴ, νηστοῦ μεν ποιεῖται τὸ πάθος, τὸ οὐσιώδες, τὸ πάθος τοῦ πατέρος. Εἰς τὸν οὐσιώδες, οὐσιώδος τὸν ποιεῖται πατέρος πατέρος. Et iterum. Δοκεῖ μεν οὐχὶ ψυχὴ, νηστοῦ μεν ποιεῖται τὸ πάθος, τὸ οὐσιώδες, τὸ πάθος τοῦ πατέρος. Sic enim condolent suis corporibus. Imo sicheberantur, aut acciduntur pro varia temperamenti corpori ratione. Atqui non dissoluuntur: ratio in promptu: quia non sunt dissolubiles: quædare in corporibus actum.

XXIX. Restant grauia, lucida, colorata & calida, quæ possunt non

ponderare, non lucere, non videri, non calefacere. In quibus dico nihil esse simile. Degraibus iam dictum argumento primo. Nec quicquam novi addunt exempla, quibus illustrantur: Christi & Petri ambulantium super vndas, aqua Iordanis, non modo non descendenterit, sed etiam ascendentis, & instar montis elevatae. Enim uero, quis nescit gravia contra naturam cogi posse, ne deorsum eant? Nam & ab hominibus lapides in altum iaciuntur: Et aquæ sicut tantum oppositis obstructionibus. At neque lapides neque aquæ propterea amittunt pondus suum. Imo, aquas Iordanis retinuisse, inde apparet, quod inferiores in mare descendenterit, donec deficerent: superiores autem, instar montis iustum escerent: Iosue 3. Nam ita solet fieri, quoties aquis aliquid opponitur. Minaculū ergo fuit in eo, quod nullis obstructionib. vnde sisterentur. Sed non, quod pondere suocaruerint.

XL. Lucida ne luceant, quomodo iatelligit? an ut simul lucida sint,
& non luceant tamen? An vero in sensu diuiso, vt fiant non lucida? Illud
impossibile, quia implicat contradictionem. Hoc non difficile Deo, qui
potest creaturas suas in nihilum reducere. Sed quis sensus Bellarmini: se-
cundus, videtur: Probat enim à corpore Christi, quod cum sole isto lu-
cidius sit, tamen sibi apparet Apostolis sine vlo, solito splendore.
Nam si sit sine vlo splendore: Ergo factum non lucidum. At hoc nihil
contra nos, qui non negamus corpus posse à Deo destrui: & in spiritum
etiam mutari, cum volet, vt ne locum occupet. Sed non credimus corpus,
manens corpus, posse non occupare locum. Quanquam non est certum
corpus Christi fuisse sole lucidius ante ascensionem.

XLI. Colorata non videri; hoc vero non absurdum. Nam id non tantum penderat coloribus: quia opus est aliis etiam adiumentis: lumine medio diaphano, oculis apertis, & intentis. Quæ cum non occurruerint omnia, tum non videri nihil mirum. Sed instar, & posse non videi, etiam his omnibus concurrentibus. Et probat, quia sepe Christus in visibilem non semel reddidit. *Lucæ 4.* *Ioannis 8.* Item, euaniuit ex oculis discipulorum. *Lucæ* vltimo. At ista tractata sunt capite tertio huius libri. Et obseruatum, primo, non esse certum, nihil oppositum oculis non videntium Iesum. Imo, verisimilius miraculum fuisse in oculis Iudeorum, quam in corpore Christi. Ab Apostolis autem ablatum fuisse, ut propter absentiam non posset credi. Itaque nihil probat Bellarminus. Addo, non esse coloratum effectum internum, videri: sed prorsus externum: & accidentales nam etsi non videantur in tenebris, tamen non minus sunt colorata. At corpori interno est occupatio loci. Itaque nihil simile.

XLIIL Calida non calefacere; probat ex 3. Danielis; vbi in medio fornicis ardentissimæ duo iuuenes perfliterunt in uiolati. At qui rursus dico, calefacere non esse igni internam qualitatem: sed externum effectum & accidentale. Nihil enim calefacit, si nihil sit quod calefiat. Itaque impedit posse absque villa contradiçione. Non enim desinet propterea ignis esse calidus, sed tantum calor non ageret in externa corpora. Quomodo Plinius libri 29. c.3. *Vix tanta est*, ut lignum perfusum ouo non ardeat; ac ne vestis quidem contacta aduratur. Quod quidem verum sit; nec ne, non praefliterim. Sed experientia quotidiana docet nos, ne vestes quidem illitas ea, quam appellant aquam vitæ, ab igne consumi, quando aqua ardet. Si hæc sunt etiam naturaliter; quid mirum, si Deus iuuenes illos conferuauit in mediis flammis? Non tamen fuit ignis absq; calore: quod illic docuit euentus: nam qui pepercit iuuenibus, satellites consumpsit. Rursum ergo nihil simile.

XLIIL Addo octauum exemplum ex Richeom Pantacheo c. 20. spirituum assumentium figuram situmque corporum. Si, inquit, spiritus assument figuram situmque corporum, atque instar corporum occupant locum: non erit absurdum corpus in modum spiritus esse. *dico ergo*, *ad hanc etiam*, neque occupare locum. Ratio consequentia; quia illud isto longe difficultius, tum capitu, tum factu. Antecedens, id est, spiritus corporaliter occupare locum, probatur variis locis Scripturæ: ex quibus constat Angelos apparuisse vestitos corporibus ambulantes, loquentes, comedentes, cum hominibus versantes. Imo Deum ipsum corporea figura apparuisse in Paradiso, tresque adeo Trinitatis personas Abrahamo.

XLIV. Respondeo: occupari locum ab aliquo vel per se, vel per aliud Per se, nempe ipsum sua substantia. Per aliud, nempe viuum aliena substantia tanquam medio apto ad occupandum locum. nostram autem quæstionem in priori versari: queri enim, utrum aliquod corpus, quatenus est corpus, id est, per se, possit non occupare locum. Quo posito, cum duplicitate intelligi possit argumentum, vafie respondeo. Nam, si antecedens assertus spiritus occupasse locos, non per se, sed per aliud, nempe per assimilata corpora, ita conceditur antecedens, ut negetur consequentia. Non enim sequitur legitime, Spiritus occupat locum per aliud: Ergo, corpus potest per se non occupare. Neque valet consequentia rario. Reueratur nam longe difficultius est captu atque effectu, corpus per se non occupare locum, quam Angelum per aliud occupare.

XL V. Sinautem antecedens afferat, spiritus occupasse locos per se-
tum vero id constantissime negatur. Neque vnoquam sane probabatur
Scripturis. Apparuisse fateor Angelos ambulantes, loquentes, mandu-
cantes: sed, per se atque Angelica sua natura, hoc vero ipse Richelieu
negat, dum vestitos dicit corporibus.

CAP. VIII.

Non posse Corpus non occupare locum

I. Catholicorum argumenta hæc sunt. Primum: Omne quantum, eis
ipsiis quod est quantum, necessario occupat locum. At omne cor-
pus est quantum. Ergo, omne corpus necessario occupat locum. Proba-
tur maior testimonio Philosoporum. Peterius initio libri II. de commu-
nibus principiis. Res naturales, præserim caducæ & mortales, statim atque
habent quantitatem, necessario locum aliquem occupans. Conimbricenses in
Physicorum, quest. 3. de loco, art. 1. Rationem, qua sit ut corpora se esse mutu-
e expellant, pro certo petendam ab eo, quid occupandi locum, certumque in ipsis si-
cum habendi, causa est. Ab eodem enim fonte prouenient, & quod res loco ac situ
circumscribatur. & quod aliam ad sui consorium non admittat: id autem ne
materias est, nec formæ, cuius haec tot accidentia habeant ad locum: sed quantita-

nec forma:q

trifariam dimensa, cuius beneficio res materia pradita extensionem alterius corporis expultricem sortiuntur. Probatur minor. Quia non tantum in Categoriorum Aristoteles $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$ locat ex $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$, sed etiam alias semper definiter dimensionibus $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\chi\eta\mu\eta$ dicitur scilicet $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\chi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\chi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\eta\mu\eta$, $\tau\delta\pi\chi\eta\mu\eta$: Metaphysicorum 4. c. 7. & alias.

11. Papistæ respondent varie. Sunt qui ad minorem. Bouverius & Caronius distinguunt corpus in Mathematicum & Physicum. Corpus apud Mathematicos, cum ab omni concretione alienum sit præter tres dimensiones nihil proorsus esse; itaque iis sublati, ipsum ruere. At diuerso modo se habere corpus Physicum, vel humanum: hoc enim non solis dimensionibus constare, sed substantiaz potissimum inniti, eaque tum definitum subsistere. Dimensiones alterius naturæ accidentia esse: itaque ad illius essentiam non pertinere, ac proinde ab eo separari posse.

I. Præterea: quid corpus Physicum: Substantia, inquit, in initio est que tum definitur, tum subsistit. Nugator, inquam, hoc nihil ad rem. Respondere, constat ne sola substantia, ut Mathematicum illud tuum soli s dimensionibus? Non aedes dicere: sed tantum, non soli, cōstat dimensionibus. Esto Ergo, inquam, non tantum Mathematicum cōstat dimensionibus, sed etiam hoc Physicum. Nam quid tum, si non solis? An propterea non quantum? Nam profecto ne solis quidem coloribus: sed non propriet ea non coloratum. At qui hoc sufficit. Nam ponit maior, omne quantum occupare locum. Quare, si corpus Physicum sit quantum, sequitur occupare locū. At tu concedis maiorē exemplo corporis Mathematici. Num etiam minorem: ut qui concedas Physicum corpus constare dimensionibus: e si non solis: Euge, ergo strenuum te Logicum exhibeto: &, qua nica superest, negato conclusionem.

V. Enim uero Aristoteles Physicum corpus non aliter definit, quam ex dimensionibus. Physicorum lib. 3. cap. 5. τὸ μάτην ἔχον Διάστασιν. Undique habens distantiam. Primi de celo statim initio σῶμα, τὸ μάτην διάστατο, corpus est, quod quaqua eum sum diuisidipotest. Erat scias, loqui cum d dimensionibus. Μετρήσοντες Ἰωνίου μὲν ιφ' ἵππῳ, ρηματινῷ τὸ διάστατον δύο, ἐπιτίθεντο δὲ τὸ διάστατον σῶμα. Magnitudinem, quae semel diuisibilis, linea:qua bis, superficies:qua ter, corpus. Ad eandem mentem Basilius primo contra Eunomium testatur in Deo τὸ ἀτομέγετον, significare τὸ μὴ τατόποδε τοτε τελεῖται Διάστατον τὸ σῶμα, non esse eius essentiam trina dimensione consonantem.

VI. Quid plura? vide pecuniam incogitam. Ut ne cogantur admittere corpus occupare locum, ex dimensionibus solis constituant Mathematicum, negant Physicum. Atqui, & boui, contra oportuit. Nam Mathematicum corpus illud, quod solis dimensionibus constare dicitur, nullum occupat locum. Est-ne apud vos in dubio/facile probatu. Nullum enim id est, nisi abstractum; ac proinde purum putum ens rationis. At nulla entia rationis ullum locum occupant: quia non existunt nisi in Vtoria, secundum diffissima nugarum prouincia.

VII. Denique, quo peregrinari dicam animos Sophistarum, tam foed
oblitos, hanc controuersiam suscepit in gratiam vnus corporis Christi? At hoc corpus non tantum Patres non spoliavit suis dimensionibus
sed ne Papista quidem. Pro Patribus respondet nunc unus Theodore
tus dialog. 2. περιστοιχοὶ τῷ μέρει ἀφεπτον μὲν ἐντὸν, τῷ ἀποτίνοις δὲ ἀλιγάτορον, καὶ τ
τοῖς διεγένεδεσθιόμενοι, τῷ παρεῖται πουλινίον αεροκινητοῦ διατίμενον. τῷ μέρει δὲ
μωρὸι τὸν αεροτίκον ἔχον περιεργάφει. Dominicum corpus incorruptibile quidem
resurrexit, & nullus passionis obnoxium, & immortale, divinaque gloria glo
rificatum, adoraturque a sanctissimis virtutibus. Nihilominus corpus est, pri
orem obtinens circumscriptiōnēm.

VIII. Pap. st. Graminea in Thesau. Est corpus Christi in celo existens per modum quantitatu dimensiua, de intrinsecaratione, cuius est, ut tantum localiter sit in uno loco. Coffertus c. 16. defensionis Eucharisticae. Si quicunque fuit unquam falsum, certe falsum est, Romanam Ecclesiam, auferre a corpori Christi longitudinem & latitudinem (altitudinem credo oblitum fortuito). Quin potius illud credit, possidere in Sacramento eandem quantitatem, quam in celo. Item. Partes corporis Christi in celo extensa ita distant inter se, ut non possint esse simul, quandiu sunt in diversis locis. Bellarminus c. 7. lib. 3. de Eucharistia. Neque nos dicimus Christi corpus in Eucharistia dimensionibus, auctoritate carere. Item. At nos fatemur Christi corpus non esse ubique diffusum: Et ubicumque est, habere suam formam & figuram humanam, & parciunt summa ac dispositionem: quamuis hac figura forma, dispositio partium in celo confundiatur, ubi locum replet.

IX. Atqui, inquit, dimensiones non pertinent ad naturam essentialem corporis per essentiam definitur. Imo, inquam, improbe mutantur termini. Nam substantia differt a corpore, tanquam genus a specie: atque hactenus potest corpus definiri per substantiam: quomodo homo definitur per animal. Sed non recipio tamen substantia. Est corpus, ut corpus substantia. Nam substantiarum, alia spiritus est, alia corpus; sive loqui assueuerunt Scholae, alia incorporea, alia corpora. Quare consideratur sane dimensiones esse accidentia substantiarum: quia scilicet potest esse presentibus & absentibus dimensionibus. Quod hoc ad tem-

X. Sed corporis accidentia esse, immane mendacium est. Enim uero, quis audiit vñquam accidentib. locum esse in rei definitione? At qui nulla definitio est corporis, in quo non sint dimensiones: quibus etiam distinguatur à substantia incorporeae ranquam per differentiam, quam vocant specificam: haud aliter ac homo differt à bruto per rationem. Vnde etiam falsum est, corpus definiti per substantiam, si definitionem intelligas integrum. Nulla enim definitio constat solo genere. Sicut ergo ratio nulli est accidens hominis: et si accidens animalis, quia nō omne animal rationale: ita dimensiones sunt de essentia corporis: et si non de essentia substatiæ. Non possunt ergo dimensiones separari à corpore: et si possint separari à substantia: alioquin, cum substantia diuidatur in corpoream & incorpoream, eiusq; divisionis causa sit in dimensionibus: profecto, si dimensiones ideas separari à substantia corporea; necesse est ut transire in aliam speciem, vt remaneat substatiæ incorporeæ. Sicut si ab homine remueas rationem, nō desinet quidem esse animal: sed futurum est animal alterius generis, nempe brutum.

XI. Et disputatamē Bouerius dimensiones corporis essentiales & intrinsecas esse non posse: aliquot enumeratis argumentis. Quorū primum hoc est: Quia id esterum naturas confundere, & accidentia substantiis miscere: vt aliqua essentia dare ut composita ex substantia & accidente. Secundum, Si dimensiones essent causa substantiae, ergo quantitas esset præstantior substantia, & substantia penderet ab accidentibus. Tertium, si corporeæ substantia ieo corporeæ diceretur, quod absq; quantitate esse non posset: ergo corporeæ ab incorporeæ substantia tantum per quantitatē distingueretur. At hoc absurdum. Primo, quia, inquit, in generum cōstitutione idem est constitutiuum rei, & distinctiuū: itaq; accidens esset constitutiuum substantiae. Secundo, quia accidens variare rationem substantiae. Tertio, quia sequeretur aliqua primo diuersa posse in unum confluere, & corporeum in incorporeum mutari: quia si quantitas per intellectum separaretur à substantia, non discerneretur ab incorporeæ.

XII. Sed uos constanter afferimus, dimensiones esse corporis essentiales & intrinsecas: quandoquidem, vt diximus, constituant definitiōnem corporis. In primo argumēto, negatur propter naturas rerum confundi: et si verum sit accidentia substantiis misceri, & aliquā substantiam componi ex substantia & accidente. Quod quare mirum sit Bouerius, mihi profecto portentum est: cum in rerum natura nulla detur compositione sine accidente. Nam etiam differentia specifica, quæ sine dubio una cum genere componit speciem, est accidens, non ipsi quidem speciei, sed generi. Adeo noui cuiusdam generis Philosophum esse necesse est Z. chariam Bouerium.

XIII. Ad secundum: negatur dimensiones esse causas substantiae: neque nostrum quisquam tam absurde loquutus est: sed verum, dimensiones esse causas corporis: nempe, quia omnis differentia specifica est causa sue speciei. Non est autem idem constituere corpus, & constituere essentiam: quomodo aliud est constituere hominem & constituere animal. Hominem à ratione constitui, nemo dubitauit vñquam: Animal autem nemo dixit vñquam. Sic qui negabit corpus constitui à dimensione, hunc oportet naturæ ipsi bellū indicere: qui substantiam dicet ab eadem dimensione constitui, in hunc Bouerius agito suo more.

XIV. Ad tertium: conceditur consequentia: & negatur quicquam absurdum dicere, qui corpoream substantiam ab incorporeæ distinguit per quantitatem: & per quantitatem tantum, si intelligas *modum substantiae*. Nam etiā dari possunt alia discrimina; tamen omnia erunt posteriora isto, fortasse etiam non *modus substantiae*. Exempli gratia, mortalitas, siue corruptio potest distinguere spiritum à corpore: sed non *modus substantiae*, quia dantur etiam corpora immortalia, & incorruptionibilia, vt post resurrectionem. Quod si non est *modus substantiae* discriben, ergo neque *modus*.

XV. Concedo idem esse constitutiuum, & distinctiuum: sed vario respectu, quem ipse Bouerius exprimit: nempe constitutiuū speciei, distinctiuum generis. Igitur nego fore accidens constitutiuum substantiae: nā substantia genus est corporis; non autem species ipsa. Itaque dicendum fuit, quantitatem fore constitutiuam corporis, distinctiuam substantiae: non vero constitutiuam corporis, & substantiae. Et hancenus concedo, accidens variare rationem substantiae: quod qui absurdum dicat, hunc recessus est mire imperitum esse totius Philosophiae.

XVI. Aliqua primo diuersa, posse in unum confluere, Deum immortalē! quis negauit vñquam? quis negandū sperasset? Nam, quomodo sicut compositiones, si nunquam diuersa confluant? Sed corporeum mutari in incorporeum, absurde infertur. Concedo saepe posse quantitatem separari à substantia per intellectum: sed fieri vñllam in rebus mutationem, qui tam stipes fuit, vt affereret? Quanquam verum est, per hanc separationem non discerni corpora ab incorporeis. Nam hæc abstractio, scorsim considerans substantiam corporis ab eius dimensionibus, corpus contemplatur quatenus naturam habet communem cum natura incorporeæ: quomodo qui de homine disputat, quatenus est animal, non potest hominem disparare à bruto. Sed ea contemplatione hominem mutari in brum, bruti est affirmare.

XVII. Alij contra maiorem armantur potius, Michael negat esse de essentia quantitatis occupare locum. Et probat, quia nulla actio, siue officium, est de essentia rei. At occupationi loci est actio, siue officium quantitatis. Ergo, non est de quantitatis essentia. Verum Pererij & Conimbricensium non est minor, credo, authoritas, quam Michaelis. Ad argumentum autem alias responsum est: Occupationem loci non esse in corpore actu diuersum à potentia. Itaque, tam esse de essentia quantitatis, id est, corporis, quam animantis vivere. Imo paulo post, idem affirmat Michael, quantitatem esse caussam formalem occupationis loci. At nemo versus Philosophus concedet caussam formalem separari posse à suo subiecto.

XVIII. Bellarminus negat etiam maiorem. Quia si ex tota hac aula, inquit, in quanunc sumus, Deus totum aerem auferret, nec aliud ingredi patetur, nos omnes retineremus dimensiones nostras, & tamen spiratio non continetur. At qui primo, hoc quicquid est exempli, fictum est ad placitum. Itaq; nullā vim habet. Secundo, supponit nullum locū esse, vbi nullū sit corpus

ambiens: q; nos refutauimus. Ac sane corpori Christi supra omnes se los constituti, non negatur locus ratione dimensionum: vbi tamen nullus est aer, & omnino nullum corpus ambiens. Cur ergo non essent in loco corpora intra eam aulam destituta aere, seruatam tamen propriis dimensionibus?

XIX. Secundum argumentum: Si totum corpus non occupet locum, ergo neque singulæ eius partes. At qui hoc est absurdum. Ergo & illud. Probatur consequentia: quia concipi non potest, quomodo partes singulæ occupent locum, & corpus non occupet. Multo minus quam, qui essent singulæ candidæ, & totum nigrum. Nam corpus actu idem est cum partibus omnibus. Probatur asumptum: quia si singulæ non occupant locum, ergo non expellunt se mutuo: quare omnes sunt confusæ, & absq; vila analogia. Et esset totum in toto: & totum in qualibet parte. Quod abhorret dicitur. *Atq; mōnū a natura corporis: & maxime organici: quale est corpus Christi. Estque proprium Spiritui.*

XX. Conimbricenses miraenigmata loquuntur. Concedunt non nisi repugnare, duo corpora, quam plures eiusdem corporis partes, simul existere. Verum omnes simul esse corporis partes non posse negant. Et ad dunt partes ita simul positæ a hilominus conservare eam extensionem & distinctionem, in qua essentia quantitatis consistit. Explicat, si fallit, Bellarminus, quomodo *ha*bus balbum intelligit: distantiam, quæ est inter membra corporis, quatenus in se extensus est, non esse distantiam localis, sed alterius cuiusdam generis. Et dicit ea distare inter se, quæ non sunt immediate coniunctæ: & ea magis distare, inter quæ plura sunt interiecta, non interualla, sed membra. Nam in corpore supra cœlum distare pedes à capite, non per spatiū locale, quod ibi nullum est; sed per intersectionem pectoris, aliorumque membrorum. Coffeaus etiam clarus. Hanc partium distantiam esse ordinem organicum partium distinctarum inter se: vt oculi, ne sint aures: neque labia nates: neque vos sit in alia.

XXI. Atista, Deus bone, quis sanus concipere possit? Distantiam partium in corpore negant esse localis. Sed contra Aristoteles 4. Physicorum, c. 5. assertens cœlum esse in loco per partes, quia mouetur circulariter. Nam certe hic motus est *φορητός*. Itaque, secundum locum. Et rursum interuallis sunt cœli partes distinctæ, in quibus est sursum & deorsum. Deinde corpus est quantum *εύσηχος*. At *πλευράς*, vt colligitur ex Aristotle codem capite, est cuius partes aliæ alias continent. Quod si est, tum necesse est interuallum esse. Confirmatur ex alia definitione *Τομῆς* 3. cap. 1. *Physicorum*, *εύσηχον τὸν πλευραν, εὐθεῖαν πλευραν εἰς τὸν πλευραν*: Quando unus idemque est terminus partibus quibus se contingunt. Nam *πλευρα* non potest intelligi absq; interuallo. Secundo, opponuntur pedes capiti, tanquam contrarij loco: quia ex auct. *εὐθεῖα πλευρα* διδικται αὐτήν. Contrarium secundum locum id est, quod per rectam maxime distat. Atqui non potest *πλευρα* διδικται cogitari absq; interuallo.

XXII. Veruntamen, si non est interuallum, quid est? Nam illud alterum genus Bellarmini nihil est. Coffeaus ergo esse vult ordinem organicum partium distinctarum inter se, vt una non sit alia. Atqui hoc portentum est. Primo, et si corpus totum sit *εύσηχος*: tamen partes eius inter se sunt quædam *εύσηχος*, quædam autem *πλευραίς*. Non enim caput pedibus *εύσηχος*: ratio est, quia non est unus amborum terminus. At si distinctia partium esset hic ordo organicus, omnes partes essent *εύσηχος*: quia is ordo est viuens corpori. Itaque tam coniuncti essent capitipedes, quam collum. Secundo, nullum corpus esset alio maius aut minius. Nam in omnibus idem est ordo organicus. Tum autem magis & minus, nunquam quisquam audierit dictum propter ordinem, sed propter quantitatem, eiuvæ dimensiones. Præterea omnis ratio *πλευραίς* absq; illo dubio debet excludere *πλευραίς*. At ordo hic non excludit *πλευραίς*. Nihil enim obstat, testefauello in prædicamento. Quantitatis, quominus partes quantitatis discrete sint ordinatae secundum prius & posterius: quam rationem esse ordinis nemo haclenus dubitauit.

XXIII. Ad absurdum de toto in toto, & in partibus; respondent Thommas part. 3. quæst. 76. art. 4. ad 1. tum esse corpus per modum substantiae: cum natura est tota in toto, & tota in qualibet parte. Et inde sumpercutit alij. Explicat etiam Rubeus in 4. Scotentiarum dist. 10. Substantia ex sui natura, & quantum est de se, non determinat sibi locum paruum vel magnum, sed indifferenter continetur in parua & magna quantitate: sicut tota natura aer in parvo vel magno aere: & tota natura aqua in parua ut ingensula: & magnaqua, ut in flumine.

XXIV. Rutsus meta monstra. Permodum, inquit, substantia: at ego quæro cuius substantia: primæ ne an secunda? Nam si secunda: primo absurdum est, corpora esse in loco, ad modum secundæ substantiae. Nam esse in loco, est actu existere. At secundæ substantia non quam actu existunt: cum sint materia rationis: vt *πλευραίς πλευρα*. Secundo, quomodo intelligat secundam substantiam esse totam in toto, & totam in partibus? Nam totam in partibus, id est, suis speciebus: concedo esse, nimur totam naturam hominis in Petro, in Paulo, in Ioanne: nec maiorem in uno quam in alio: imo ne in omnibus quidem magis quam in uno. Sed totam esse in toto; hoc vero ego capere non possum. Nam hic totum nullum intelligi potest, præter ipsum substantiam secundam: que, vt dixi, nusquam est per se actu: sed tantum in singulis individuis.

XXV. Confugient-ne ergo ad modum substantiae primæ, que affectant? At ego queram, cuius hoc est, sic ne an aliena? Nam duplex est substantia: spiritus, & corpus. Et spiritus substantiam concedo esse totam in toto, totam in singulis partibus, quāvis hoc ipsum improprie: cum spiritus nulla sint partes. Ergone dicent corpus, non occupans locum, existere ad modum spiritus? At Fulgentius de fide ad Petrum, c. 3. *Vt aqua, in ita permanet, sicut à Deo, cum non esset, accepit, alia quidem sic, alia autem sic.* Nec enim sic datum est corporibus, vt sint sicut spiritus accepterunt. Augustinus contra Epistolam Fundamenti, c. 16. Omnino non potest esse aliquis corpus, sicut coelestis, sicut terrestres, sicut aerei, sicut humidū, quod nō minus sint in partibus quā in toto. Et post: nā erit totus locus post pauca recitadus. *Anima*, *fratrum*, nullo modo inuenitur locoru spatiis aliquam mole distingui. Lōbardus 1. dist. 17. sect. 1.

LIBER SEXTVS, CAP. VIII

I

1c & 12. Corporalis creatura ita est localis, vel eius sumscriptibilis, quod terminatur definitione loci, & quod dimensionem recipiens distantiam facit: spiritus vero tantum definitione loci includitur, cum ita sit alius; quod non alius: sed nec dimensio nec recipit, nec distantiam in loco facit: quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarent locum, quo minus de corporibus contineret. Quum fuit ergo ens in propria substantia species. spiritus & corpus, quis cedat huic communiori etiati illius iudicium? Aut quis concepiat quomodo corpus, manens corpus, eandem habeat ex stend. rationem cum spiritu?

XXVI. Ergo necesse est intelligi corpus esse per modum suæ substantię, id est, corpoream. Atqui falso est vix in substantiam corpoream primam existere totam in toto: & totam in qualibet parte. Augustinus contra epistolam Fundamenti, c. 19. Deus si loc. rumex una parte determinato, ex aliis immenso spatio, renderetur, quanta libet in eoparicula, & innumerabilia frustis essent, alia maiora, alia minora, pro cogitantis arbitrio metirentur: vi bipedalis in eo, verbi gratia, pars octo partibus minore esset, quam decempedalis. Id enim necesse est contingat omnibus naturis qua per talia spatia diffusa, ubique tota esse non possunt. Imo de aere ipso, quod in exemplum Rubeus assumpit, idem eodem libro cap. 16. Aeris partes suos quoque impletunt locos: nis fieri potest, ut aer, quo impletur hac domus, sicut secum in eadem domo habere possit etiam illum aerem, quem vicini habent. Quod idem in aqua obtinet, quis dubitet? Idem epistol. 3. cum corpora dilutinxit in crassi ora, sicut humorem atque humum, & subtiliora, ut aeris & lucis, Tum quorum, inquit, nullum potest esse ubiq. locum: quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat, necesse est, & quantumcumque sit corporis, seu quantulumcumque corporisculum, loci occupet spatium: sumentemque locum sic impiebat, ut in nulla eius parte sit totum.

XXVII. Et tunc inquit Rubens, tota natura aeris est, tum in parvo, tū
in magno aere, tota natura aquæ, & in guttula, & in flamine. Ita est omnino,
inquam, & tota natura corporis in minimo digestio: et in uno granulo
arenæ. Quod signorat sed hoc putum diffissimum est sophisma & *απαράγνης*.
Non enim debuit naturam dicere, sed substantiam, & quidem primam.
Nam natura aeris, & aquæ est illud vniuersale, quo sit ut aer, aqua sit
aqua itaq; pædiatur de hoc aere, de hac aqua. Quomodo natura corpo-
ris est, *μέτρη* *τιτζού*, *λεγόσαν*, tertij Physicorum quinto: *νοῦς μέτρη* *τιτζού* *λεγόσαν*,
cap. i. primi de corso. Et hæc natura tam est in grano arenula, quam in
vniuersa terra. Sed non propterea in grano arenula tota est substantia
vniuersæ terre. Itaque, hæc existentia per modum substantiarum, mera est So-
phistarum Chimæra.

XXVIII. Argumentum tertium, ab autho ita e Augustini: à quo vnum
locum Belarminus excerpit. Epist 57. ad Dardanum, Non potuit obtinere
quantitas corporis, quod potuit qualitas: nam ita disst. nbris partibus, que si-
mul esse non possunt, quoniam sua quaque spacia locorum tenent, minoris mino-
ris. & maiora maiores; non potuit esse in sanguine quibusque partibus tota, ve-
tata, sed amplior est quantitas in amplioribz partibus, brevior in brevioribz: &
in nulla parte tanta, quanta per se ipsum. Et post, Spatia locorum tollit corporibz. &
bus quam erunt: & quia non sunt vniuersitatem, nec etiam. Hęc Belarminus sibi
describenda putauit. Verum, ego addo alia. Epistola eadem, quem diceret
Patrem, Filium, Spiritum Sanctum; ubique totos esse, Non enim, inquit,
corpora sunt; quorū amplior sit in tribus, quam in singulis magnitudine: nec loca
suum motibus tenent, ut dissimilatibus spatius simul esse non possint. Contra episto-
lam Fundamenti, c. 16. Quicquid qualibet eraffiudatur a. stenditur, non potest,
nisi minimus per partem, habendo aliud hic, & aliud alibi. Minor est enim digitus
quam tota manus: & minor est digitus unus, quam duo: & alibi est iste digitus
alibi ille, alibi cetera manus. Quod non solum in mobilibus corporum articulis
vidamus: sed etiam terra pars ista non est ibi ubi illa: quia suum locum quaque
obtinet: & pars humoris, minor minors, & maior maiore loco est: & alia pars
est circa fundum, alia circa oras poculi. Similiter aera pars suos queq; implent
locos: nec sibi possit ut aer, quo impletur hac domus simul secum in eadem domo
habere possit circum illum aerem: quem vicini habent: lucisque ipsius alia pars
infunditur per hanc fenestrā, alia per aliam, & maior per maiorem, per minorē
autē minores. Nec omnino potest ut alia vnde carnes, sine coelisse, sint terrestre suis

autem minor. Nec omnino potest esse aliquod corpus, sine coeleste, sine terrestre, sine
aerum, sine humidum, quod non minus sit in parte, quam in toto: neque ullus
modo possit in loco huius partis simul habere aliam partem; sed aliud sic, & aliud
alibi habens, per qualibet spatia locorum distantia, & diuina, vel postea, ut ita
dicam, scilicet, mole dicitur. Et c. 19. Deus, si ut Manicheorum phantasma
in perpetuum, locorum ex una parts determinato, ex aliis immenso spatio ten-
deretur: quare sicut in eo particula, & innumerabilis frusta esset, alia minora,
alia minora pro cogitantis arbitrio metirentur: ut bipedalis in eo, verbi gratia,
pars, &c parsib. minor esset, quam de cempedalis. Id, n. necesse est contingat omnibus
naturis, qua per talia spatia diffusa, ubique tota esse non possunt, quod in ipsa a-
nimis non inveniuntur. Epist. 3. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora valen-
tia cogitare: sive ista crassiora, sicut sunt humor atque humus: sive subtiliora & sic-
ula, & lucis: sed tamen corpora, quorum nullum potest esse ubique rotum
quoniam per innumerabiles partes, alius alibi habeat necessitate est, & quantum-
cumque sit corpus, seu quantumcumque corpusculum, loci occupet spaciun, cum
dimo: locum. Scimiclo, re in nulla eius parte sit rotum.

XXIX Ex eodem pertinet Cyrilus de Trinitate libro 2. Si vere pars rationis, & sectionem, diuina natura recuperet, intelligeretur & corpus. Si autem hoc, & loco omnino, & magnitudine, & quantitate. Et si quanta facta esset, non effugeret circumscriptio nem. Addo Nazianzenum oratione 2. de Theologia, qui Deum negat esse corporeum, hoc argumento, ἐγὼ δέ τοι οὐχ ξεποτε πάντας τὸν τοῦ θεοῦ τόπον ἔχω, οὐδὲ μηδέ τοι μηδέ τοι τούτου τοῦ θεοῦ τόπον αἰδίνωσθε, οὐ περ inane meavis; & perierint nobis omnia, vel corpus erit in corporibus quod fieri negavit. Eodem pertinet Ignatius Diaconus in vita Tharasi apud Baronium anni septuagesimi seximi tr. gesimi sexi i. §. 3. Loquitur autem de feminis per foramen, vel portis clavis domum subeun:ibus, & ex improprio infantes inter furantibus, O stuporem! O cordis oculorum cecidit! si corpus longitudine, profunditate, & latitudine: nimis est, ac constipatum in spiritum dissolutum procedit, & hoc facere ereditur: Christus ergo, qui est ipsa veritas, dicens, Spiritus carnem, & ossa non habent, reputatus est phantasma ab iis qui hoc afferunt.

XXX. Ad hos locos ex Patrib. (etsi paucos tantum describunt) respondent variis. Primo Sanctesius. Magnam esse Augustini & Cyrilli authoris

tatem: sed non tantam, ut eorum nudam affirmat' onem, nec Scriptura nec traditionis, ac ne quidem purioris philosophiae testimonio probat: non aliter, quam indubiatum fidei articulum liceat vrgere. Et vere inquam: hoc apophthegmate, nihil verius. Ac ne nos quidem aliud quod quam magis vrgemus: in tota Theologia, quam Augustini & Cyrilli, a liorum omnium autoritatem esse vere humanum: ideoque p'enan fidem non facere absque Scriptura. Atque vt nam id Papistis omo- bus esset semper ratum fixumque principium. Veru id op'fundam magis q' perandu'. Peric corporum natura ad Theologiam non pertinet; sed a Phycicam. Possunt autem, credo, in humanis (& Physica humana est) ho- minum testimonia non nihil habere ponderis, maxime peritorum, quale fuisse Augustinum, & Cyriillum, nemo negat. Destitu' autem traditione testimonio, quomodo potuit Sanctesius d'cere, cum ipsa scripta Veterum pertineant ad traditionem? Nullum Philosophiae testimonium cur dieit, cum philosophia nihil sit praeter natu' & contemplatione: & ha- beant Augustinus & Cyrus naturae experientiam, quod est certissimum Philosophiae principium? Quanquam Aristoteles definiens corpus mūrūzov d'cet' satis amplum testimonium il'is edidit.

XXXI. Secundo, responderemus idem Sanctus Augustinus Epistola*m* illam quinquaginta et unam septimam, aliter ob-signare, quam soleat fidei articulum proponere. Nam in his, quae sunt fidei, magna asseveratio consuevit intonare, hoc est, quod dicitur: *quod modis omnibus probare intendimus. Firmissime crede, ac nullatenus dubites. Hanc vero epistolam ita si qua vitia mea hic perfrici, ignoreas. Ne scilicet dicta, tanquam fidei articulum amplectantur, qui habeat ex verbo Dei immota fundamenta.*

XXXII. Confucuit intonare, inquit. Et tamen prius illa phrasis, habet quod dicimus: omnino semel tantum l. gitur in Gratiano de consecratione, dicit. 2. Altera nusquam. Nam librum de fide ad Petrum Diaconi non esse Augustini, lippis iam notum, & tonsoribus. Imo illud ipsum, summissime tene, & nullatenus dubites, Erasmo indicium fuit fœrás suppositum. Quod si hoc argumentum est, ut euincatur, non proferri articulos fidis ab Augustino: tum vero, aut nunquam, aut semel ad summum, ab eo propositus est articulus fidei. Quod est absurdum. Sed idem hanc claudere epistolam postulat ignoscit sibi vitia. At, inquam, primo, non haec sola epistola est, unde testimonia promimus. Nam in epistola Fundamentis tertio disputatur contra Manichæos, & quidem de articulis fidei; nec videtur venia postulatio. Nulla est epistola tercia. Deinde, cur nolunt Papistæ Machabæorum autoritatem minui hac venia postulatione: & volunt huius epistolæ? Tertio: non sunt nihil omnibus nulli in eadem epistola articuli fidei. Nam, Noli dubitare ibi nunc esse hominem Christum, Iesum univenterum est. Itē, Vna persona Deus & homo est, & utrumque est unus Christus Iesus, ubique per id quod Deus est, in cœlîs per id quod homo Item. Est ergo Deus per cuncta diffusus. Hi, inquam, sunt certissimi articulifidei. Ethoc plurimum, de quo nunc agimus, iis articulis explicandis eruit. Denique minorimus non agi hic de articulo fidei; sed de re naturali, nempe de corporum natura.

XXXIII. Tertio respondet Ioannes Hayus disputat. lib. 2. c. 36. 2
gerc Augustinum decorporibus, quæ locis circumscriptiuntur : ciuiusmo
eom corpora naturaliter, sine locis consistere non posse. Sic San&Etsiu
Cyrillum, anum de corporibus coextensis, & diuisibiliter existentibus.
Quo si vero, inquam, aut sint vlla alia corpora: aut ab Augustino & Cyri-
lo ponantur. Imo agunt de corporibus: eaque negat Augustinus posse ex-
istere absque loco. Eu imuero, si dicam sublata ratione, nullum est: he-
minem, certum est me de hominibus loqui rationalibus. Sed falso sum
hi alias vllos homines venire in mentem. Cyriillus ponit pro certo, Deu-
fore corpus, si partitionem admitteret. Ergo, inquam: aut insanuit, ac
credidit, quicquid admittit partitionem, esse corpus. Sed an non contr
omne corpus partitionem admittere? Qui potest, cum sit definitio co-
poris *m<sup>n</sup> Agg<sup>16</sup>? Sed idem docet, si Deus foret corpus, futurū in ma-
gnitudine, in quantitate, in loco, ideoque non effugiturum circumscriptio-
nem. Rursus ergo, aut insanuit, aut credidit omne corpus esse in loco
in magnitudine, in quantitate. Nullum corpus effugere circumscriptio-
nem. Et hæc nobis sufficiunt.*

XXXIV. Quarto, respondent Sanctesius, Hayus, Coffetæus, Augustinus, & Cytilium disputatione de corporum conditionibus, secundum ordinem naturæ. At non de eximia Dei virtute, quæ creaturas versat a arbitrium. Probant, qualib. 9. de Genesia ad literam, cap. 17. *Super motu cursu* sumque rerum naturalem (inquit Augustinus) potestas creatoris habet pud se posse de omnibus facere aliud quam earum quasi feminales rationes habent: non tamen id quod in eis possit, ut de his fieri, vel ab ipso ipso possit. Et lib. 21 de Ciuitate Dei, c. 8. *Sicut non fuit impossibile Deo quas voluit institueri* ei non est impossibile in quicquid voluerit, quas instituerit, mutare natus.

31

XXXV. Respōdeo: ordinem naturae variū esset. Aliquando enim in t̄ illigī de iis conditionibus, quæ ad tempus duntaxat insunt rebus, alia vero, de ipsa re, ī essentia, sicut qua res esse non possunt, id quod sunt Iam Patres illos loquide ordine naturae in priori significatione, hoc vero nō nego: sed in posteriori certum Apparet ex ipsis verbis. Nam illud *spatia tollē* & *corpora non erunt*: nihil aliud potest significare, quam esse corporib⁹ tam essentialia sp̄a ī locorum, vt absque iis corpora esse nequeant corpora. Nec aliter Cyrilus, negans, vel Deum ipsum, nedum aliquid certum, effugiturum, aut locum, aut circumscriptiōnem, si esset corpora nam id sibi vult, nō posse esse corpus, nisi sit in loco. & circumscriptum. Quæ verba omnino essentiale illū in ordinem describunt, quem dicit non ullum alterum temporalem. Nunquam enim Augustinus dixisse Tolle alimentorum usum: & non erunt corpora. Nunquāni Cyrilus si Dei esset corpus, ergo alimentis uteretur. Quia etsi vetum, hunc esse huius naturae ordinem, vt corpora animata alimentis vtantur; tameo non est iso do, vt si alimentis non vtantur, omnino ne sint aut etiam ne sint animata.

XXXVI. De omnipotenti omnino solide, ac sincere, & credid ssc. scritissime Augustinum: ac Cyrrillum, nobis plane persuasum est. Nec quia
quam dubitat posse à Deo, & de spiritu fieri corpus: & de corpore spir.

tum, si velit. Cur non enim æque, ac de nihilo omnia? & si faceret, tum verum futurum, corpus non occupare locum: & spiritum occupare: sed in sensu dico. At in sensu composito: ut corpus, manens corpus, nec mutatum in spiritum, non occupet locum, hoc vero, neque Augustinus, neque Cyrillus cogitauit, nedum dixit. Imo contra. Nam cuicunque certum est, sublati spatii locorum, non existere corpora: eidem hoc persuasissimum esse necesse est, corpus esse & non esse in spatio loci, implicare contradictionem. At Augustinus credidit contradictionia non cadere in Dei potentiam. Cyrillus etiam manifeste: cum dixit: si Deus ficeret corpus, futurum in loco, & circumscriptum: hoc ipso docuit, non cadere in Dei Omnipotentiam: ut corpus sit corpus, & simul sine loco, & circumscriptio. Alter necesse esse: Augustinum, & Cyrrillum animo comprehendisse duas enunciationes à nō posse: simul esse veras. Quod est absurdissimum.

XXXVII. Quinto, respondet Bellarmus, Augustinum quædam dicere de corpore Christi, quædam gen: aliter de corporibus. De illis, non esse vbiique diffusum, ita vt forma, & figura humana careat. De illis, primo, corpora magnitudinem habentia, extensa esse, & habere certum ordinem partiam: nec fieri posse, vt tanta sit magnitudo unius partis, quanta totius. Secundo, corpora esse in loco, ita vt pendeant à loco: contra, Deū ita esse in loco, vt locus potius pendat ab eo. Porro, primum & secundum membrum, verum esse. Sed primum esse contra Vbiquistas. Secundum, non contra Papistas; quia nō requirit Augustinus, vt corpus necessario coextendatur loco; sed tantum, vt sit in se coexteriorum. Tertium intelligendum de corporibus, quae sunt infra cœlum, & quatenus naturaliter existunt; alioquin fallum esse: vt patet in summo cœlo.

XXXVIII. Ego vero concedo, primum membrum non pertinere ad hanc questionem, de occupatione loci: sed ad proximam de pluribus locis. Itaque non erat necesse huc inducere. Quod tamen Sophista non potuit: absque immanni fraude: quorum enim illud, Ita ut forma, & figura humana careat. Est ne ab Augustini verbis? Minime gentium: sed Sophistæ dolo malo, qui sperauit non nullum visum iri corporum vbiique diffusorum, alia care: e forma humana, alia minime. Sed in secundo & tertio, meros fumos vendit. In secundo, f. lsum est non requiri ab Augustino, vt corpus coextenda: ut suo loco. Nonne enim diserte, ideo non posse quantitatam esse totam vel tantam in singulis partibus: quia distantes partes simul esse non possint, quoniam sua quaque (nempe parte) spatia locorum tenent: minores minora, maiora maiores? Rursus, quicquid qualibet crassitudine distenditur, non potest, nisi minus per partes, habendo aliud alibi, quod exemplis illustrat corporis organici, tum: ræ, aquæ, aeris, lucis. Et rursus, nullum corpus vlo modo posse in loco huius partis, simul habere aliam partem, sed aliud hic, & aliud alibi habens, per quælibet spatia locorum, distant, diuidua, se: illi mole, distendi. Denique, quantumcumque sit corpus, & quantumcumque corpusculum loci occupare spatium, ita ut in nulla eius spatij parte sit totum. Et quæ hæc tandem est tanta audacia, vt post hæc ita scripta, ita lecta persuadere audeat non loqui Augustinum de coextensione ad locum? Nam istum Sophistam oportet omnes homines habere pro fungis, aut stipitibus, qui nihil sentiant, nihil cogitant.

XXXIX. In tertio membro, primum, vnde illud pendere à loco: neq; enim apud Augustinum vsquam est. Hoc lego, Si spatia locorum tollantur nusquam esse corpora, hoc est, non esse. Hoc si appellat pendere à loco: non contendam ego quidem de vocibus. Sed, intelligendum Augustinum de corporibus solis, quæ sunt infra cœlum. Hoc vero falsissimum. Nulla enim nusquam fuit vniuersalis enuntiatio, si hæc non fuit. Quantumcumque sit corpus, quantumcumque corpusculum. Tolle spatia corporibus, & nusquam erunt. Præterea, quid illud est, infra cœlum? Atqui Augustinus diserte, Nergo omnino potest esse aliquod corpus, sive cœlestis, sive terrestris, sive aereum, sive humidum. Tum vero Cyrillus etiam Deum negat effugiturum locum, & circumscriptiōnem, si esset corpus, & mihi aliquis excipiat corpora quædam supra cœlos?

C A P. IX.

An corpus aliquando fuerit pluribus locis.

I. Super est hæsis tertia, de uno corpore in pluribus locis. Quæritur ergo, an possit vnum idemque numero corpus, simul eodemque momento præsens per se constitui in diversis locis. Papistæ affirmant in transubstantiationis gratiam, quæ, si hoc non concedatur, funditus periret. At Catholici negant: ne pro articulis fidei, monstra inuehant in rerum naturam.

II. Primum argumentum Papistis ab experientia: quod in hanc formam concipit Gregorius de Valentia: Quod diuinitus aliquando factum est, id siue omni dubitatione fieri potest diuinitus. Factum est autem aliquando diuinitus, vt Christus corpore suo præsens simul esset in cœlo, & in terra, vel penes terram. Potest igitur fieri diuinitus, vt Christi corpus non vno ad sit tantum loco, sed in pluribus re ipsa sit præsens. Maior est extra contradictionis aleam. Minorem probant. Primo, quia ex quo Christus videntib. Apostolis, in cœlum est assumptus, constet nullo temporis momento absuisse, vel abs futurum esse, à cœlo, donec mundum iudicatus ita veniat, quemadmodum discellisse visus est. Psal. 110. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donce ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: id est, in finem vique, teste Apostolo i. ad Corinth. 15. Cum scilicet tradiderit regnum Deo & Patri: cum euacuatur omnem principatum, & potest, & virtutem. Item Act. 3. Quem oportet calum suscipere, usque ad tempus restitutionis omnium.

III. Nam vero eundem, qui semper fuit in cœlo, fuisset aliquando in terra, probant. Primo, quia Act. 9. & 22. Paulo apparuit in via eunti in Damascum. Secundo, eidem rursus. Act. 23. in carcere. Sed & alias Romæ quidem. Petro, in via Appia: ubi nunc oratorium, cui in rei memoriam, nomen est, Domine, quo vadis: Authoris, Orogenes tomo 21. in Ioannem.

Ambrosius oratione contra Auxentium. Hegesippus libro 3. de excidio Hierosolymitano. Athanasius, licet paulo obsecratus, Apologia pro fuga sua. Iterum, Antonio à dæmonibus grauissime cælo: autor Athanasius in eius vita. Tharsilla apud Gregorium, Dialogorum libri 4. c. 16. Ipsi Gregorio apud Ioannem Diaconum libri 2. de eius vita, c. 22. Denique alias, teste Paulino epistola ad Macatium.

IV. Respondeo: propositi Syllogismi negari minorem. Nunquam enim esse factum, vt vnum idemque corpus humatum simul in cœlis fuerit, & in terris. Ad confirmationem autem dico, axioma prius, primo, fo: te non esse necessarium. Quid enim, si dicamus cœlum esse Christi hominis dominicum ordinatum, ita tamen, vt sibi liberum reseruat extra ordinem terras visitare? Aut, cur non Christo dabimus, quod Petrus Pap. st. quen, et si volunt, sedisse Romæ ad mortem vsque, id est, annis viginti quinque, tamen agnoscunt excurssione in varias orbis prouincias? Ego sane id mallem, in quo nulla est absurditas; quam tantum & concessere vnu corporis in pluribus locis. Et tamen habeatur sane pro certo. At alterum axioma concedi non debet. Agam de singulis exemplis.

V. Primum est, cum Paulus proficisciens Damascum, dicitur vidisse, & audisse Dominum in terris. Hic vero dico, primo, non esse certum Christi corpus visum fuisse à Paulo. Neque enim id, aut texus dicit, auctore circumstantia demonstrant. Imo, describitur lux subito perstringens Paulum. Et lux quidem multa. At hæc solet aciem oculorum retundere, visumque adeo inten: uertere, vt ne proxime quidem ad sita videantur, nem: dum procul dista. Quin & Paulus excæctatus est, vt surgens nihil videat potuerit. Quod si accedenter non vidit præ subito fulgore: nec recedenter potuit præ excitare. Ergo, verisimile est omnino, tum non vidisse, Itaque Salmero in Acta, tract. 29. vocem audisse, sed faciem non vidisse, scripsit.

VI. Probat tamen visum. Primo, quia comites dicuntur quidem vocem audisse, at neminem vidisse, per antithesin, quasi dictum, comites vidisse vocem, neminem vidisse: at Paulum, & audisse vocem, & vidisse aliquem. Secundo, quia capite Act. 22. dicat Ananias, Deus patrum nostrorum predestinavit te, vt cognosceres voluntatem eius & vides iustum, & vocem audires ex ore eius. Ergo, & vidit Paulus Christum, & vocem audivit, non ex nube, aut Angelorum ministerio formatam in aere, sed ex ore Christi. Tertio: ad hoc apparet tibi, ait ipse Christus, c. 2. 6. vt constituant te ministrum & testem eorum, que vidisti. Ergo, fuit Paulus testis oculatus resurrectionis. At non fuisse, nisi corpus ipsum vidisset. Quarto, Paulus prioris ad Corinth. 9. Nonne Dominum nostrum vidi? cum probaret apostolorum suum. Denique, c. 15. eiusdem, Nouissime, tanquam ab origine, visus est & mihi: cum prius dixisset visum Petro, Iacobō, & aliis. At hæc probatio resurrectionis non valeret, nisi vidisset ipse, vt alij viderant.

VII. Respondeo ad primum. Antithesis esse commentitam: neque esse vnum eius in textu vel tenuissimum indicium. Imo, simplex est narratio; quæ postea quæ Paulo acciderant, ea quæ oportet proponit, quæ comitibus. Nam Paulum, & subita luce perfusum, & prostratum, & excæcatum, non mirum nihil vidisse, solam vocem audisse. Promptum autem erat querere, quid autem comites, quin eis prostrati, nec excæcati? Tum hivero, inquit, & que cum Paulo vocem audierunt, neminem viderunt. Quo nouo indicio colligimus Christi corpus non fuisse in terris: alioquin videndum fuisse a comitibus. At vidit Paulus iustum. Sæc. inquam: cur non enim vidisse dicatur, qui viventis, loquentisque, & operantis, tanta habuerit experientiam? aut cur non videat hic minus aptum sit vocabulum, etiæ ad sensum oculorum non referatur, quam alibi, cum describantur etiam cœpiti: N. Act. 11. 16. inquit Petrus, m̄ r̄ q̄ d̄ p̄ d̄ m̄ v̄ m̄, Vidigi quadrupeda terra: & quidem, arriores, intentis oculis: sive ut cap. 10. d̄ r̄ q̄ d̄, conspicens. Et rursus 21. d̄ r̄ v̄ d̄ s̄ d̄ s̄ c̄ c̄ s̄ d̄, v̄ idēm c̄ v̄ v̄ Contigit mihi, vt raper extreame, & viderem eum. Et in Apocalypsi quoties? c. 1. Quod vides, scribe. Vide septem candelabra aurea. Cum vidissimum eum, cecidi ad pedes eius. Quarto, Post hac vidi, & ecce ostium apertum. Et alia plura, qua omnia colligere non est necesse. Denique Ambrosius, c. post 3. de Spiritu Sancto, Paulum, eum oculos perdidisset, quomodo, nisi in spiritu, Christum videbat? Unde & Dominus ait, Ad hoc enim tibi visus sum, vt constituerem te ministrum & testimoniū eorum, que vidisti, & eorum que videris. Item Occamius & Theophylactus, lactus in Act. 9. & illud Ananias, qui apparuit tibi, v̄ p̄ l̄ v̄ c̄ v̄ d̄ m̄, n̄ p̄ s̄ v̄ p̄ ḡ r̄, v̄ m̄ c̄ v̄ p̄ v̄ c̄ v̄ d̄ m̄. At qui non est visus. Imo per effecta, & officia, & facit, sed v̄ d̄ v̄ inquit Theophylactus. Augustinus, & cœlus, & inde potuit audire: nec tamen Christum videbat.

IX. Fuit oculatus testis resurrectionis. Imo, inquam, non resurrectionis, sed eius qui resurrexit. At non sequitur, tum temporis fuisse visum corpus. Quia super ebant alia experimenta certissima, lux immensa, acceptæ, redditæque voces: denique tota visio non exstati, sed vigilans, mouentis, attenti: & cur nō hæc fateretur sufficere ad rei certitudinem, illi, qui millies millenas monachorum, monacharumque visiones ingerunt, infinitis partibus istac minores, ad fidem faciendam suis dogmatis certibus? Potuit igitur vere Paulus dicere, Dominum sibi visum, his nirus experimentis. Bernardus sermo. i. in Conuersione Pauli, Lucis & vocis. simonia credibilia facta sunt nimis: nec dubitare est de veritate, que se ingerit per utrasque oculorum scilicet, auriumque fenestras. Denique, cur non valeret eius testimonium ad probandum resurrectionem, nisi æque vidisset cum Petro, & Iacobō? Nam, absit, vt Bellarmine quicquid in buceam venerit, nobis sit pro oraculo. Quod si esset, tum alius negaret æque valere, quia non sit versatus cum Christo familiariter, nec sumperlit cibum, potumve.

X. Et esto tamen: visus sit, tum temporis à Paulo Christus. An pro pereat penes terram? Hoc negamus, & è cœlo portius assentimus. Nec solius nec primi Augustini fuit hæc constans sententia. In Psalmum 54. Cap. 1. in i. Joannis Tract. 10. Non expuiscis vocem capituli de cœlo clamantis mōtris suis, Saule, Saule, quid me persequeris? Et infra, ascesurus enim, dixit nūfīma-

uissima verba. Post ipsa verba, non est loquutus in terra. Ascensurum caput in cœlum, comendauit membra in terra: & dicens. iam non inuenis loqui Christum in terra. Inuenis illū loqui, sed de cœlo. Et de ipso cœlo, quare? Quia membra calabuntur in terra. Persecutor enim Paulus dixit desuper, Saule, Saule, quid me persequeris? Accendi in cœlum, sed adhuc in terra facio: hic ad dextram Patri sedeo: ibi adhuc es tu, istio, & peregrinus sum. De Cuiitate Dei libr. 17. cap. 9. Ut intelligamus de ipso dici quodammodo, quod de eius corpore dicitur: proper quodammodo ipse de cœlo, cum corpus eius, quod sunt fideles, Saulus persequetur. Saule, inquit, Saule quid me persequeris?

XI. Augustino attestatur, & alii. Ir. & sibiri. cap. 15. Habent necessitatem recipere etiam eam testificationem, que est de Paulo, dicente ipso (Luca) primū quidem Dominum ei de cœlo loquutū, Saule, Saule, quid me persequeris? Ephrem encomio in omnes Sanctos Martyres, E cœlo vocatus. Paulus a benignissimo Domino exhibitus est. & retardatus. Isidorus Pelusior Epistola 409. lib. 1. n. 10. επειδη οὐ δέντρον οὐ διάβολον οὐ κίνησιν οὐ Παῦλον οὐ σέρπινον οὐ λαγόντας, σέρπειν δέντρον τούτον αὐτὸν εγκέχει, οὐ κύρρωμα, Supernaturalia, diuinaque documenta, cum docere Paulum Dominum, ē cœlo cum alloquitur, ut prædicationem, quam ei commissurus erat, cœlestem esse demonstraret. Drogus Heliensis term. i. de Sacramento Dominicæ passionis, Et nunc, Domine, doles tu super Saul & Iona tam filium eius, qui occumbunt quotidie super montes Gelboe. Nisi enim doleres, non clamares a cœlo, Saule, Saule, quid me persequeris? Maxentius Ioannes dialog. 2. Nam & Ecclesia, corpus eius dicitur, eiusdemq; Ecclesia, facit Deus proprias passiones: pro qua etiam in cœlo positus, clamat, Saule, Saule, quid me persequeris?

XII. Neque ab ipsis dissentient, Gregorius Romanus Morali. m libri 30. cap. 24. Carnali sapientia contra Deum, Saulus obdurarerat, quando cor eius nulla prædicationis Euangelica sagitta penetrabat: sed postquam foris velut in reparatione iaculatus & superno respectu cœlatus est, lumen quippe ut acciperet amissi, ad Ananiam veniens, illuminescitur. Theophylactus in 9. Act. Vocem a Paulo auditum cœlestem vocat, πνοή Φωνής οὐκετού εἰσόρειται. Παῦλος αὐτούς Επούλους ὀπειρερητέος. τῷ δὲ ξενίας μέρει αὐτοῖς οὐκετούς. Quam vocem audiuerunt comites Pauli? ipsius Pauli respondens. At cœlestem ipso solus auidit. Ocumenius vero, τὸν αὐτὸν, superna factam, αὔρατος ἡ τῆς φωνῆς. & τὸν αὐτὸν φωνῆς οἰστορεῖ τὸν Παῦλον, ὅτι εἶναι τὸν Επούλον. εδίνει τὸ ιδεόπερον οὐδὲν αὐτοῖς οὐδὲν Παῦλον μέρει αὐτὸν. Aut lientes qui dem vocem, non ex aucto vocem audiuerunt, qui erant cum Paulo: sed uicem Pauli: at neminem videbant cui responderet. At Paulus tantum illam ex alto.

XIII. Et tamen contra dispu. ant, ut doceant, corpus Christi, tum temporis fuisse in terra, vel in aere proximo. Et credo proximum hunc aeternos animos fecisti. Coronio, olim ad cœlum in muninari, solemne illud, volucres cœli, cum illa Patrum testimonia præsens præsenti obicebam. Nempe, hoc volens, sic intellexi Augusti, fuisse tum temporis Christum in cœlo, nempe in quo & locisq; aeternis esse dicunt. Quo nihil dicit potest absurdus. Nam, primo, etiū ita solet, si quando cœlum intelligi in Scripturis: tamen non solet ita usurpare a Patribus. Deinceps, quae, malum, haec proterua est? Quasi non inde cet Augustinus quod cœlum intelligat. Ascensurum, inquit, caput in cœlum. Et post, Hic ad dextram Patri sedeo. Vbi? certe ibi, unde loquebatur. An igitur sedet Christus ad dextram Patri in aere cum coruis? Imo, εἰς τὸν οὐρανόν.

XIV. Sed conatur tamen probare, fuisse corpus Christi in terra. Primo, quia excæcarus est Paulus a luce, at non potuisset lux illa corporis Christi lœdere, nisi propinquæ fuisse. Secundo, etiam comites lumen viderunt, & vocem audierunt: ergo, vel in terra, vel in aere proximo, Christus apparuit. Quia summum cœlum, oculis & auribus, comites non penetrassent. Tertio, comites, licet audie: int vocem, tamen non distincte. Ergo, propinquior Christus Paulo fuit, quam comitibus, ut quasi in aeternum loqueretur. Si enim de cœlo: ergo omnes audirent. Quia tō, illa interrogatio, Κύριε, Δόμινε & responso, Εγώ συν Ιησού, quem tu persequeris; aperte indicant præsentiam Domini. Nam si Paulus vidisset in summo cœlo, ait Stapletonus: non dubitas quis esset. Quinto, si solum vidisset in cœlo, non fuisse Paulus testis idoneus resurrectionis: quia si cœlepotuissent eludi testimonium, dicendo, aut deceptum fuisse, aut solai in navigatione vidiisse. Addit sextum. Coronus. Ananias ad Paulum, Dominus, inquit, qui apparuisti tibi, εἰς τὴν οὐρανόν: non impliciter in via: sed in via qua vimebas: quod idem est, ac si dicaret: in ipso existens in eadem via tecum? Quas si illud, qua venisti, pertinet possit ad explicandum quomodo vius sit: & non potius ad designandam viam, non quamlibet, sed hanc unam & pacularem. Scilicet, metuunt battalogiam delicatulæ Cotonis aureis, vici benedicendi peritissimi. Quasi battologia villa esset, & non potius certissima circumstantia ab Ananias addita, ut scire Paulus sibi certissime reuelatum fuisse, quod ei acciderat, annotato, & loco & tempore: quasi diceret, Sciotibi apparuisse Christum; & quidem nunc recens, cum elles ita, atque hoc venirent.

XX. Sep. inum, si uicerit Cotonus, quid superret præter etiū triumphos Nam sanci, si impositus Pausa manus Christi, nemo est Catholicorum, tam ferteus, qui non concedat Christi corpus fuisse in terris? Verum, quis creditur nondum baptizato manus impositas? Aut, si com. & quidem ab ipso Christo cur postea iterum, & a discipulis Act. 13. Quis creditur Paulo, tum imposi as a Christo, a quo, ne presentem quidem cum esset in terris, vñquam fuere impositæ reliquis Apostolis? Veniqueτε τοις θεοῖς, nullum significat ζερον. Atque adeo Ananias, c. 22. v. 11. est eodem vobis, quod a Lat. oī in reprete redditum præordinavit, a Caietano, preparauit. Salino ipse annotauit, Graecus habetur præparauit. Erasmus, οὐδὲ προπαραποτε, siue prius apparuit.

XXI. Atque hactenus in prima apparitione. A' teram ex Acto 23. valde virginis Cotonus & Caronæus. Lucas. Cum magna editio esset, verius tribunus, ne Paulus ab ipsis dispergetur, in suis militum manum descendere, & eum rapere de medio eorum, ac ducere in casu. Sequenti vero nocte, insatis cœli, adstantes, id est dominus, dixit, Confide Paule: ιππος ιππος, clamat Cotonus, tuus Graeculus, an Gracculus, nunc n̄ per Athenis redux, ιππος ιππος, id est affensus, atque stans iuxta eum. Et Cæsar Bætigerus contra Pleiænum ad 3. caput 4. de Eucharistia, ιππος, inquit, affensus, & stans iuxta Paulum, ne quis dicas apparet eum ex cœlo.

XXII. At vos tam autem pergitati estis, ut ob iti sitis nocturnam visionem & tibi, & in visionibus, immo in somnis, quia imagina: io haud aliter asse tor, quam si res ipsæ lensibus off. videntur, ita describi omnibus quasi essent realiter gesta, tñ non sint inde eis, non hic tantum, ιππος, sed etiam ιππος. Act. 16. E: visione per noctem apparuit Paulo: οὐαὶ τὸ Μακεδονία, Vir Macedo quidam aderat stans: ut & Danielis 3. Statua illa magna, & statura sublimi, אַמְלָאֵת לְכָלְבָלָה, εἰς τὸν οὐρανὸν προσερχεται. Octauo, Venit uir ad arietem illum cornutum. & adorans coram eo Εἰδωλον, quem videram stantem ante portam. Quid mirum igitur, si Paulus Lucas dicit hominem ιπποντα, etiū in somnis, non vere astantem, sed visum adstat.

XXIII. Plutarchus vel sibi vicino verbo μεταστησεν non minus efficacij in Sylla, Filium eius mortuum, haud multo ante Mellam, Φωνής οὐ τριπλασιαν φωνὴν παρεῖναι, apparuisse in somnis oridida vestie adstantem, Lucul. ο. 3. ap. d. 8. Οἰος Λευταρός τὸ τὸ διος γεράνιον παρεῖναι, In somni Dea Arisagara populi scripsi adstantem. Vicinum legas usurpatum in Samelis c. 3. ubi habe nocturnam visionem: venit Dominus, & stetit, Γεράνης Ηβραικα ζερον, quo non potest esse dñeius illud, ιππος.

XXIV. Sed, quia prolixè disputo: Quid vicina queror quæ, erit diserta, tamen vel nodum in lepros quæritantibus, protelandæ disputationis posterunt ensam prebere. Atque possum brevius Articulos nūgatores docere,

sic ferre vsum, ut ipse dicatur, de quocunq; somnio, & ab eo q; villa loci multiplicatione. Aud te testes, Xiphilinum in Adriano, odi didicimus, qui operis ruris tuus in multis modis cetero doceat regum regum magister meus, hac nocte in somnis adstans mihi, iussit operam nautae patria, Lucianum in Cronosolone, cetero etiis, cum uero gloriatur eis apud omnium suorum opem. Non in somnis adstans: sed pridem vigilanti manifeste consociatus. Eustathium libro 7. Ismenia somnum narrantem, nra pietate poli uero ipsius est: Et paulo post, mihi rursus adstans, Plutarchum Sylla, uero tunc quod ei in ruris idoneis operis ipso uero autem, dormiens nocte, uisus est videre sibi Deum adstantem. Hali-carnassium libro 2. qd; de ruris, cuius in ruris ex eius, emisso ex megalabo-mu, nra uerum ludo cetero, tunc Ovidius nra ruris nra eis ergo dicitur, Aenea eo loco noctem illam fortuitocubanti, adstans procerum quandam, mirandamq; in somnis, cuiusdam Deorum patrum similem visionem. Et ita uero post, de Latino agens, ipso uero autem ruris, nra etiis, qd; uero ipso uero ad- dico, Cum ita apud se decreveret, quidam indigerum demonum in somnis illi assistens dixit. Et lib. 5. ipso uero autem, ostendit enim, quod ipso uero. In somnis adstans fabantur eis horribiles quadam species. Diodorū Siculum lib. 5. in miraculis Hemiteac, nra uero uero, res ipsa uero auxiliis dñe regnante, agrotantibus in somnis adstantem manifestum auxilium consulisse.

XXV. Sed litem dirimat Lorinus Iesuita: si non æque dilicatus Iesuitacum Coronam, certe æque subtilis Græcus. Is hunc ipsa exponens à Cotonolaudatum locum. Probabilis est, inquit, sententia Carthusiani, fuisse apparitionem imaginariam, dormienti factam ab Angelo qui referret Christum: ita ut, nec Paulus, dum affirmat se vidisse Christum ad confirmandam veritatem resurrectionis eius, vel aqualem dignitatem suam in Apostolatu, inde ducere voluerit argumentum: nec qui ex hac præsentis apparitione colligunt Christum esse in Sacramento Eucharistia, & in celo, satu firmiter argumententur.

XXVI. Reliquas apparitiones nullas habent ex Scripturis: extra has autem scio infinitas iactari: ut mirer tam paucis nunc esse contentos aduersarios. Certe poterant Agnetem proferre, & Catharinam illam Costifiliam: & Catharinam alteram illam Senensem, omnes à Christo (iam scilicet diganto, immo polygamo, & tam en sacerdoti, quod in Ecclesia Romana monstrosum) desponsatas: & quidem inferro annulo: in testimonium, credo, & præsentie, & fidei. Quin Comitibrenses omissem noluerunt lepidam fane fabellam Antonini historiarum parte 2. tit. 10. c. 11. de Ambrosio, qui cum Mediolani diuinis rebus assisteret, simile Turoni exquis D. Martini interfuisse testatus est. Mihi stupiditas Papistæ argumento Nam Ambrosius decepsit anno trecentesimo nonagesimo septimo: Martinus quinque annis letius, nempe quadringentesimo secundo, teste Baronio. Sed potuerunt videlicet, qui vni corpori plures locos assignant, iude eidem diuersa tempora multiplicare. Huic impostura similius impotura Frontonis Petracoricensis, qui cum missam celebraret, subito deductus à Christo ad funus Sanctæ Marthæ Tauruseum in Provincia: & vix excitatus à Diacono, Curexistus, inquit, Dominus Iesus Christus ad corpus Martha hospita sua me duxit: & ipsam tradidimus sepultura. Dirigit igitur ille velociter nuncios, qui nobis annulum nostrum aureum & chirothecas griseas deferant, quæ dum ad corpus sepeliendum me aptarem, sacrificie commendauit, & ex obliuione dimisi, quod me tam cito excitassis. Descripti ex cap. 100. Legende aureæ.

XXVII. Verum, hæc omnia saniores rident. Pijetiam detestantur, adeo habitu esse ludibri plebem Christianam, sanguine Christi redemptam. Eti si nolim equidem uno eodemq; numero habeat omnes eiusmodi narrationes. Satis enim perspicuum ab initiosis modestis immanem licentiam paulatim propagatam. Potest igitur concedi apparuisse Christum Petro forte, & aliis. Sed furiosa fingendi libido, quæ tandem inualuit, extra illa, non per se mala initia, facile suspecta reddit. Quicquid sit, possunt omnes istæ apparitiones, siue veræ sint, siue fictæ, facile iudicari ex veritate, de quibus actum.

XXVIII. Pergo ad aliud exemplum vni corporis in multis locis. Id peccator à corpore Christi in Eucharistia. Nam Patres assertur sisti variis locis Chrysostomus libro 3. de Sacerdotio. O miraculum! O Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sederet, in illo ipso temporis articulo omnium manus perfringebatur, ac se ipse tradit volenibus illam excipere & amplecti. Idem ad Hebreos c. 10. dicit, idem corpus Christi in multis alearibus simul offerri. Consentientib. Ambrosio, Primitio, Aofelmo. Cyrrillus in Ioannem li. 12. cap. 32. & Theophylactus in 19. Joh. disertis verbis docent. Christum, per carnem suam in Eucharistia perceptam sanctificare animas & corpora omnium communicantium in toto mundo, & esse in omnibus totum & imparabilem.

XXIX. Respondeo: verissima esse hæc omnia, consentientib. omnibus Catholicis: sed nullam aut significare, aut inferre vnius eiusdemque corporis locorum pluralitatem. Sunt enim mystica: hoc est, fide intelligenda: non autem locorum spatiis metienda: & ut loquitur Augustinus de Co-sacrat. dist. 2. c. 48. non rei veritate, sed significante mysterio: Nempe, quatenus panis suo modo vocatur corpus Christi, cum retura sit Sacramentum corporis Christi. Doceo ex ipso Chrysostomo: qui statim post ea verba: πιστεῖς τοτε μάντεις οὐχὶ φθεγγόμενοι, faciunt autem illud omnes oculis fidei. Ita enim Græce est: ergo Germanus Brixius longe aliter verterit: id est, nugas meras egerit, quasi Chrysostomus dixerit mysteria Eucharistica oculis censenda. Fit autem id, inquit, nullus prestigio, sed apertis ac circumspicientibus circumspicientibus omnium oculis. Hæc Brixius: sed fide nimis Papistica. Quanquam, quis in Chrysostomo non agnoscat manifestas hyperbolas? Nam illud amplecti cuiusmodi est? Aut quomodo corpus Christi in Eucharistia potest aliquis amplecti? Sed & niversas in eis res ipsas, ut solet etiam alias. Quanquam certum illam, quæ sacramentis inest efficacia, tantum, ut non certius signa habeantur præ manibus, quam res significata fide possideantur: hanc, inquam, efficaciam, non posse esse nisi à potentia diuina: ac proinde miraculosam.

XXX. Nec sacrificii alia ratio, quam præsentie. Nec enim alia offer-

tur Christus, quam qua præsens est. Sed hæc disputatio alio pertinet. Lombardus libri 1. dist. 12. segm. 7. Illud quod offertur & consecratur à sacerdote, vocari sacrificium & oblationem, quia memoria est & representatio ve-ris sacrificij & sanctæ immolationis factæ in ara crucis. Thomas, parte 3. quæst. 83. articul. 1. Dupli ratione celebratio huius sacramentis, dicitur immolatio Christi, primo quidem, quia sicut dicit Augustinus ad Simplicium, solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: Christi, quæ est vera eius immolatio. Alio modo, quantum ad effectum corporis Christi: quia scilicet per hoc sacramentum participes efficiuntur fructus Domini- cae passionis. Hæc si certa sunt: tum vero nihil obstat, quominus infinitis locis sic offeratur corpus Christi: ut tamen suos locos non multiplicet: ne que vnam sit extra sumnum. &c. unum.

XXXI. Postremo, argumentatur ab autoritate Augustini, qui de cura pro mortuis, c. 16. proponit questionem, utrum, cum in diuersis locis fiant miracula ad memorias martyris alicuius, sibi martyris præsens vno tempore tam multis locis, an vero ista fiant ministerio Angelorum. Accep- spondet, questionem esse supra ingenij vites. Unde liquet, non existimari impossibile, vnam rem esse in diuersis locis: alioqui non dubitasset: sed aperte dixisset, in pl. care contradictionem.

XXXII. Respondeo, Inuerti argumentum. Inde enim liquere, non existimasse Augustinum possibile vnam rem esse in diuersis locis: alioqui non fuisset dubitatur: sed aperte dictum non implicere contradictionem. Quomodo hodie, cum sibi Iesuite persuaserunt posse corpus in mul- tis statu locis: nemo est, vel in eorum nouitiis, qui subito non respondeat, posse fieri: & addat etiam acutissimas decisiones: quid futurum, si Roma in igne, Lutetia in gelu, sit idem corpus, eodem tempore: &, si hic ja- ceat: illuc fieri: & si hic cepuletur: illuc occidatur: &, si occurrat ipsum sibi in itinere: atque alia non pauca, digna profecto Plauti Sosia, ac Me- nachmis.

XXXIII. Augustino dubitanti, negantem componamus autorem Questionum ad Antiochum apud Athanasium quæ. 25. "Αρχὴ μονοτολο- ται τὸν βίον αὐτοῦ παραδοσῶν τὸν αὐθόπων ψυχήν, ἡ δὲ ὑδατος, Anima, quæ nos præuenientes decidunt, inuisuntne hanc vitam, an non? Nequaquam. Vbi tamē in mortali non est propriæ inuisere, sed inspectare, curare. Verumtamen altera statim questione, quomodo apparent sicut multoties in suis tem- plis & tumulis. Αἱ τοῖς ναοῖς νὰ σπερι, τὸν εἰκὼν μηρόρεα ἴπποισι, νὰ ἀπο- γινονται, & άλλα τὸν ψυχὴν τὸν ἀγάπων ποντεύονται. ἀλλὰ διὰ νεύρων διζηνούνται μεταχειρίζονται εἰς τὸν εἶδον τὸν αἴρων. μαρτυρεῖται ψυχὴ Τοντού, ή Πάντοι, διωματογεντοι οὐ τὸν τὸν ποντεύονται εἰς τὸ μηνην αὐθόπων πίστεων, ή Πάντοι, οὐλοφορτοι καὶ αἴρων. τοτε δὲ εἰς τὸν εἶδον εἰς διωματοποντον ποντεύονται, illa quæ apud templum & tumulos sancctorum sunt adumbrationes & visiones, non per animas sanc- torum sunt, sed per sanctos Angelos transfiguratos in speciem sancctorum. Quo- modo enim, cedo mihi, una existens beatis Petri, vel Pauli anima, potest in suo monumento apparere & in mille templis suis per totum mundum? Hoc enim nec Angelus unus facere posset unquam. Huic autem conjecturæ suus etiam locus fuit apud Augustinum. Eius enim solutio hæc etiam est, Sanctis in celis orantes generaliter pro indigentia supplicantium, exaudiiri à Deo præsumptu- hominibus solatia per Angelica ministria.

C A P . X.

An posse vnum corpus esse in mul-
tis locis.

I. Sic argumentabantur ab experientia Papistæ. Nunc alii rationibus posse fieri disputant, quod factum colligebant. Prima esto Petri Michaelis. Sicut se corpus habet ad accidentia, ita & ad locum. At corpus num & idem potest subire diuersa accidentia. Ergo, potest esse in diuersis locis.

II. Respondeo: distinguendum, quo sensu dicantur accidentia diuersa: vel generis: vt odor, sapor, color, quantitas: vel specie, vt in odoribus suave vel putridum. In saporibus, dulce, acre, amarum. In coloribus, al- bum, nigrum, viride, cæruleum, flauum. Vel denique numero, vt hæc albedo, quæ in hoc pariete: & illa, quæ in Cygno: & illa quæ in niue: item nigredo, quæ in corvo, quæ in lana, quæque in singulis literis atramento exaratis in hac charta. Dulcedo, quæ in melle, quæ in saccharo. Acciden- tia genere diuersa concedimus nihil obstat, quominus plura sint in eodem subiecto. Etenim, idem mel & flauum est, & dulce, & graue. In codice pariete & longitudo est, & latitudo, & altitudo, & color, & pondus. Que autem specie diuersa sunt, vt & numero, nego nullum exemplum dari posse vlli rei, quæ huiusmodi accidentia simul recipiat. Nam nec idem mel flauum esse potest, simul & nigrum, & candidum, aut caruleum: nec idem paries longus, & brevis: altus, & humilis; latus & arctus. Nequidem olorum suum habet candorem, & candorem niuis simul. Iam vero locum multitudine in eorum est ordine, quæ vel specie, vel certe numero dif- ferunt. Itaq; concessio sic se habere corpora ad accidentia, quomodo ad locos, tamen non sequitur vni corpori plures esse locos posse: immo contra potius.

III. Secunda ratio Sanctæs. Causa coadunationis corporis cum uno loco, non est alia, quam Dei liberum placitum, qui omnia quæcumque voluit, efficit in celo, & in terra. Quid ergo vetat eadem libertate diuersos locos assignare corpori?

IV. Atqui paulo ante concessit Sanctus: ea fieri non posse, quæ aliter futuri Deus pronunciauit: quia ipse sibi contradiceret. Si fierint. Quia igitur, an ita pronuntiandi causa fuerit alia à Deo, nempe, quam liberi- muni idem placitum, quo omnia quæcumque evolut, fecit in celo, & in terra. Quod si nulla alia: quid ergo? Dicamus posse eadem libertate effici, contra quam futurum idem Deus pronunciauit? Ergo, ea fieri possunt, quæ fieri non posse Sanctus consentit. Cut ergo hic est durior: aut certe incōsideratio? An, qui intentior hosti fetiendo, ab iniuis cavit? Bruitur. Pronuncianit Deus se mentiri non posse: ergo, neq; contradictio velle. At sunt contradictoria vnum aliquid corpus esse, & esse in multis locis.

Ergo hoc non potest Deus. Non potest autem, eadem ipse libertate, quia non potest mentiri.

V. Tertia ratio Bellarmini, Sanctissimi, Michaelis, Caronae, ab exemplis Dei & animae rationalis. Nam Deus, cum sit res una & simplicissima, atque indivisibilis, tamen est simul in infinitis locis. Et anima rationalis tota est in qualibet parte corporis.

VI. Respondeo: primo absurdissime dici, Deum esse in multis locis: cum nullo modo subiectatur loco: ut ipso infinite essentiae. Locus autem sic cuiusque rei finis substantiae: ac proinde rem continet. Quod autem solet dici Deus in celo, in templo, hic aut & alibi: id Theologus debuit scire dictum per uero nomine eius: quomodo de Deo cogimus balbutire tanquam de nobis ipsis, ut significemus variis in mundi partibus ipsum operari. Itaque i o sani esse cerebri, si quis concludat, quia Deus sit in multis locis: Ergo corpus posse esse in multis locis. Nam, in antecedente, figurata est loquutio: in consequente autem propria. Quod si utrobique propria esset, tum antecedens esset falsum: Si autem utrobique figura ta; tum consequens esset praeter thesin. Recte Fulgentius de fide ad Petrum c. 3. Si unus eiusdemque natura esset qualibet creatura corporalis, eu ius eti Trinitas, que unus est Deus, nec localiter in loco esset, nec tempori mutationem aliquando sentiret, nec de loco ad locum transiret, nec circu sibet: sed

VII. Alter breuius & clarius: Deus nusquam dicitur esse in multis locis suis, id est, in quibus ipse totus continetur singulis: sed in multis locis mundi, id est, in quibus singulis non totus sit mundus. At nostra disputatione verumque includit, & multos locos mundi, & multos ipsius corporis: nempe enim sic Papistæ disputant, unum idemque corpus esse totum Romam, totum Athenam, totum Hierosolymam, totum Ephesum, Alexandria, alibi. Itaque, mera insaniam est concludentis, cum Deus esse possit in multis locis mundi: ergo, posse unum corpus esse in multis locis suis.

VIII. Secundo, absurde etiam dici animam esse in pluribus locis, cum sit in variis membris tota. Nam in corpore est anima rationalis, non tanquam locatum in loco: sed tanquam forma in materia. Informat enim hoc corpus, ut sit homo. Aristoteles autem 4. Physicorum 3. hunc modum separat à modo locali. Quum enim dicat variis modis aliud esse in alio; tum primum statuit partium in toto, & totius in partibus: Secundum, formæ in materia: Tertium, moti in mente: Quartum, &c. Quintum ut locati in loco. Hoc si verum, tum inepte confunduntur res non eadem.

IX. Præterea, cum causa, cur anima sit in singulis membris, hæc sit, quia ipsa est spiritualis naturæ: ideoque tota in toto, & tota in singulis partibus: & fieri non possit, ut idem accidat corporibus. Ergo, ne poterit quidem corpus esse in multis locis. Fulgentius de Fide ad Petrum c. 3. Neque enim sic datum est corporibus ut sensu spiritu accepissent. Augustinus contra epistolam fundamenti c. 16. Omnia non possunt esse aliquod corpus, sine celeste, sine terrestre, sine aereum, sine humidum: quod non minus sit in parte, quam in toto: neque ullo modo possit in loco huic partis simul habere aliam partem, sed aliud hic, & aliud aliud in habens per qualibet spatialia locorum distanti & dividua, vel potius, ut ita dicam, sectili mole distenditur. Anima vero natura, etiam si non illa eius potentia consideretur, qua intelligit veritatem: sed illa inferior qua continet corpus, & sentit in corpore, nullo modo inuenitur locorum spatialia aliqua mole distendi: nota omnino corpus sectili mole distenditur: & nullo modo anima mole distenditur. Ergo, haec naturæ inuicem distant dicitur. Et vnum erit virtusque consequens?

X. Denique, Angeli sunt spiritus: ideoque toti in toto, & toti in partibus. Et tamen non possunt esse in pluribus locis. Nam Didymus & Basilius inde probant non esse infinitus: quia cum hic sunt, non sunt alibi. Damascenus libri 2. ca. 3. ἐπειδὴν τὸ σῶμα τὸν εἰσὶν οὐκ εἴσιν τὸν τοῦ θεοῦ δούλωποι, τὸν εἰσπόρευον τὸν ἐγράψαντα. Quum sunt in celo, non sunt in terra. Et quum in terram mittuntur a Deo, non manent in celo. Quare, cur Deus sit in pluribus locis, non eo sit quod sit imparsibilis, hoc est, totus in toto, & totus in partibus: alioquin & Angeli essent similiter in pluribus locis: sed quod sit infinitus. Angelia autem, cum sint finiti, similiter essent possunt in multis locis. At eadem ratio in anima. Itaque etsi sit tota in toto, & tota in partibus, tamen non potest esse in multis locis: multo minus corpus.

XI. Breuiter: loci multi sunt, respectu totum rei locatæ, tum ipsorum inter se locorum. Priori modo, quum singuli rem totam locaram intrat continent. Posteriori vero, cum comparantur loci, non cum re locata, sed inter se. Illo modo, nihil omnino potest esse in pluribus locis. Non Angelus: quia cum erat in altari, non erat eodem tempore momento in celo. Non Deus ipse, quia nullo loco continetur. Multo minus anima rationalis potest in multis esse. Altero autem modo, nihil obstat quoniam res aliqua sit in multis locis: infinita quidem, tota in singulis, ut Deus in celo, in terra, in aere: finita autem per partes, ut terra est ad orientem, ad occidentem, ad meridiem, ad septentrionem. Corpus humanum pedem terram tangit, capite aetem fecerat. Sed neutra locatio, ad hanc nostram thesi Papistis utilis esse potest.

XII. Quarta ratio Bellarmini, Sanctissimi, Caronae, Coronae. Si possunt plura corpora esse in uno loco: ergo & unum corpus in pluribus locis. At verum prius. Ergo & posteriorius. Antecedens supponit probatum thesi 1. Consequens a probatur: primo, quia ita se habet locatum ad locum, quomodo locus ad locatum: secundo, quia hoc quam illud non magis repugnat ordinari a Deo constituto.

XIII. Respondeo: primo negari assumptum: prout est prolixus disputationis in secunda Thesis. Deinde, negatur etiam consequentia. Nam Angeli, quorum natura est etiam spiritualis, possunt plures eodem loco esse. Lombardus libri 1. distinct. 37. Spiritualis natura tantum definitio loci concluditur, quum ita sit alicubi, quod non alibi: sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit: quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarent locum, quo minus de corporibus continerent. Et tamen unus spiritus non potest esse in pluribus locis. Multo minus corpus. Et inde intelligi potest quid de priori confirmatione sentendum sit. Nimirum non uni-

versaliter esse verum, ita se habere locum ad locatum: ut locatum ad locum: alioqui, ut in Angelo unus est locus: sic in uno loco unus esset Angelus. Imo & de secunda Nam occupatio unius loci propria est corpori, nihil habens commune cum spiritu. At pluralitas locorum neque cum corpore, neque cum spiritu. Itaque, si essent duo corpora in uno loco, repugnaret id duxat ordinis, qui in corporibus. At si unum corpus in multis locis: tum perturbaretur ordo, non tantum qui corporum est, sed etiam qui spirituum. Quia hic maior est ratio impossibilitatis, quia gemina. Iohannes de Turcremata ne ipse quidem sibi passus est consequitam persuaderi in questionibus Euangeliorum, in octauis Paschæ quæst. 2. Quia quod unum corpus sit in duobus locis, implicat contradictionem: quia de ratione loci est, quod sit locati terminus: terminus autem est extra quod nihil est rei: unde nihil locari potest in loco exteriori: quod se ponatur esse in duobus locis, sequitur quod sit extra suum locum: & sic sequitur, quod sit locatum & non locatum. Hoc autem non contingit, si duo corpora sint in eodem loco.

XIV. Quinta ratio: Si quicquam obstat, quominus unum corpus sit in pluribus locis: Ergo, valid obstat, quod pluralitas locorum sit Deo propria: vel, quia unitas rei multiplicaretur. At nihil hoc um obstat. Ergo nihil obstat. Ita Caronæ: & probat assumptum, qua de Deo. Quia sunt quædam magis propria Deo, quam pluralitas locorum; quæ tamen communicantur creaturis. Poterit ergo & hæc pluralitas locorum comunicari Antecedens probatur, quia triplices in Deo considerandæ sunt proprietates: Alia, sine quibus Deus esse nequit, aut ipsæ absque Deo: ut infinitas, & independentia. Alia, sine quibus Deus non potest esse Deus: ipsæ tamen possunt esse extra Deum: ut Immortalitas. Alia denique, sine quibus potest Deus esse Deus: & quæ ipsæ possunt esse extra Deum: ut esse totum in toto, & totum in qualibet parte. Nam, quia essentiam habet sine quantitate: posset igitur eam redigere ad unum punctum: et si nostra nos eo fides ducat, ut credamus esse ubique, & implere cœlum & terram. Porro pluralitas ipsa locorum est in postremo ordine.

XV. Rursus probat, qua de unitate. Nam si unitas obstat corpori: Ergo & animæ. At non Animæ, ergo neque corpori. Consequentia probatur: quia anima & que est una ac corpus. Probatur assumptum, quia anima est actu in variis locis nempe in singulis partibus tota.

XVI. Descripti argumentum, non tam propter momentum, quam videant lectors, in quæ blasphemiarum pæcipitia absunt Papistæ, dum sensu indulgent in rebus Theologicis: sibi permittentes, nulla præunte verbi Divini face, cœlestia arcana rimari: deq; ea essentia, quæ nulla ingenij vis capere queat, temere nugari. Ita me amet Deus, ut dum hæc legerem, totus cohortui: coquem agis, quod non in uno Caronæ animalium defixi, medium profidente: hocque distractum à rebus Theologicis, ut dicere quis possit hominem imperito nihil quicquam iniustius. Sed cum attendi etiam Iesuitas Perreum, & Hayum testatos hunc libellum dignum qui in lucem emitteretur ad utilitatem animarum Christianarum; tū vero non exclamare non potui, O tempora! O mores! & illud in memoriam reuocare τιφλος τιφλω τιφλος ει φθυρα ποστητη.

XVII. Iam respondeo: primo, de Deo, non hoc obstat, quominus corpus sit in pluribus locis. Ratio, quia ne Deus quidem est in pluribus locis, sed est ubique. Hoc autem ubique, non est pluralitas locorum: nisi (quomodo diximus) per partes mundi. Hic autem modus non est huius questionis. Nam oportet plures loci non tantum singuli rotam habent rem locatam, sed etiam continent: hoc est, finiunt eius substantiam. At Dei substantia nusquam finitur. Itaque etsi sit ubique: tamen non potest dici in pluribus locis.

XVIII. Quare, quæ de proprietatibus Dei nugatur Caronæ, &c. &c. &c. &c.: quum hæc nulla sit Dei proprietas. Tantum hæc nobis blasphemæ notanda. Prima, posse Deum non esse totum in toto; & totum in partibus. Id vero quid aliud, quam posse habere partes extra partes? Ideoque, ut loquitur Augustinus, & tali mole distendi? Id est, finitum esse? Nam Cyrillus de Trinitate lib. 2. Si vere partitionem & sectionem diuina natura re ciperet, intelligeretur & corpus. Si autem hoc, & in loco omnino, & magnitudine, & quantitate, & si quanta facta esset, non effugeret circumscriptionem. Altera bi blasphemæ: Potest Deus suam essentiam redigere ad unum punctum. Hoc quid est? nempe primo Deum non esse Deum necessario, sed voluntarie. Deinde, posse esse Deum, & tamen finitum, ac non ubique. Nam ita opponuntur ab ipso Caronæ, punctum, & esse ubique. Hæc autem monstrata quis capiat? quis fidelis non excretetur? vñ xxi. K. 1. In 2.

XIX. De unitate. Hæc vero dicitur: & multitudini locorum. Non, non potest fieri, ut finitas res, una eademque numero, sit in variis locis. Quia, ut sit una numero, hoc haberet à terminis suæ substantiæ. Locus autem unus, quæ ille terminat hanc substantiam. Itaque tam possibile est rem unam numero esse in multis locis; quam unitatem esse multitudinem. At anima, inquit, & una est & actu in multis locis. Hoc vero falsum, inquam, non enim est in corpore anima, tanquam in loco: sed tanquam forma in materia. Quia de re ante dictum.

X. Sexta ratio Cotoni est: Si Spiritus potest uno loco corporali aliagiari: poterit & unum corpus non aliagiari in uno loco. At verum prius. Ergo & posteriorius. Probatur consequentia: quia non est magis de natura corporis occupare unum locum: quam de natura Spiritus uno loco aliagiari.

X XI. Respondeo: aliagiari uno loco, intelligi posse dupliciter, vel indefinite, ut ligna sicut non posse, aut Spiritum, aut corpus, esse nisi in loco suo. Vel definite, ut sit, non posse discedere ab hoc illo loco, patriculatum assignato. Hoc posteriori sensu conceditur totum argumentum: quia, vel est extra oleas: eum agat Thesus nostra non de uno definito loco, pnta summa parte cœli, in qua quasi catenis vincitus detinatur Christus: sed in definite de uno aliquo loco; qui mutari possit per motum localem. At priori sensu negatur consequentia. Nam quilibet spiritus creatus aliagiatur uno loco: quia non potest esse in multis simul. Et similiter corpus. Hoc enim universaliter est omnibus rebus finitis, id est, creatis,

XXII. Septima ratio eiusdem Coronis: Si vnu Angelus potest esse simul in multis locis. Ergo & vnum corpus At prius verum, ergo & posteriorius. Assumptum probatur: Exod. 12. describitur Angelus magnam cædem faciens in tota Ægypto; idque medio noctis: hoc est, vel uno eodem que momento, vel saltem hora spatio. Quod fieri non potuit, nisi Angelus fuerit simul in plurimis locis: propter amplitudinem regni; lati à vigesimo nono gradu ad trigesimum primum: longi autem à sexagesimo ad sexagesimum quartum. Rursus Angelus in exercitu Sennacherib cecidit hominum centum octoginta quinque millia: 1. Reg. 19. & Eccles. 48. & 1. Machab. 7.

XIII. Respondeo: negari antecedens. Nam & Vasques in 1. partem Thome, veriorem sententiam, inquit, Angelus nequit esse in pluribus locis, et iam non ad quatuor villo modo, Disp. 190. ca 3 Neque, contra villo probati exemplio. Nam cædem illam primogenitorum, quod verat successione factam? Imo, in quiete, in medio noctis: quod ad literam intelligendum pro ipso momento, vel certe, pro sua hora. Nugæ, inquam, nihil enim est necessitatem. Nam contra prohibentur Israhelites egredi domo, ad lucem usque, nempe dum cœdunt perficitur. At quæ ita, ut minimum, durauit cædes horas quinque. Et illud medium noctis eius initium significabit, quomodo & vulgo vius est, & in Scriptura. Tum autem, ethi horam duntaxat unam concedamus Coronam, sic pro suo iure postulanti, nihil tamen erit quod inferat multos locos. Nam Angelorum quis nescit miram esse celeritatem? Sed enim, quantum id spatium est quod occupatum ab Ægypto, tam diligenter vult videtur metitus noster leuitas deorum graduum in latitudinem: quatuor in longitudinem? Aut quis credat tantum hoc terræ, non potuisse una hora petcurri ab Angelo?

XIV. Quod si negem Angelum unum autorem fuisse huius cædis? Etsi enim nihil recesserit, tamen Pererius disputat. i. in Exodi 11. pronuntiat, *Probabiliter fuisse plures*. Et quidem ut videoas, quam non sit eadem omnibus Iesuitis iudicemensura, isdem Pererius argumentis suam probat sententiam, quibus argumentis contra iam Cotonus, ab amplitudine Ægypti à breuitate temporis, Etenim terra Ægypti, inquit, longissime & latissime patet, habens plurimas ciuitates, multaque plura oppida longissimus dis sita inter ulla & proprie innumerabiles domos. Cades autem illa facta est in tota Ægypto ubicumque locorum versarentur Ægyptij, ita ut nulla domus ab ea cades fuerit immuna. Et facta est cades eodem tempore atque eo quidem breuissimo: non igitur unus Angelus potuit tam brevi tempore in omnibus Ægyptiorum habitationibus longissime inter se distans, interficiere omnia primogenita Ægyptiorum. Et paulo post, Non est itaque improbabile, cuiuslibet ciuitatis, vel magnæ habitationis fuisse unum Angelum percussorem. Tum laudat adstipulatorem Caietanum,

XV. At Coronus disputat inutiliter. Quid enim? Notandum, inquit, de structoris nomen. Nam et si in Scriptura singulare nonnunquam sumatur pro plurali: tamen hoc loco suam habet emphasin: maxime, quia ab Apostolo eodem modo referat ut i. ad Corinth. 10. dicente eos perisse a de structore, *και μεταποιησαντες ουκ ελεγοντες*. Quod agnoscit Beza in annotationibus, comparans Hbraicum ΠΡΟΣΩΠΙΚΟΝ Grato. Quid tum enim, si nomen singulare? Cum constet singulare nomen collectiue sumi pro plurali ipso facente Coronos? Quid enim aliquando dicit, primo nihil ob est; quid, n. si hic locus in eo ordinae? Deinde si aliquando dicit, id est, raro, falso: est enim tam frequens apud Hebreos, ut numerum ferme exempla excedant. Itaque sensus esse potest facilis; non permisurum Domini, ullum interfectorum ingerend. domum signatam sanguine. Sed habet hic emphasin, inquit: Coronos? Quam emphasis, inquam? An ut vocis designetur? Si Praetor decreuerit, tacebo. At si Sophilla calumnie, rideo. Et hoc potius verum. At Beza agnoscit? Quid; inquam, agnoscit? Vnicumne significari? Merum mendacium.

XXVI. De exercitu Assyriorum facilius negotium. Nam Scriptura nullum momentum indicat: ideo neque multos locos, sed totam noctem. Verba diserta 19. post Regum, Factum est igitur in nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castro Assyriorum centum etroginta quinque milia. Audita nocte illa? Quid ergo in precedenti exemplo non potuit necessario pro medio noctis momentum substituere: Et hinc speret se nocte in integrum adeo contracturum? Non faciet: non faciet impune, quamdiu quidem nos aduersarii erimus. Imo, quandiu Pererii Iesuita nomen erit nonnullum. Is in Exodi 11. Et proditum Angelum Domini cecidisse centum etroginta milia Assyriorum: sed illi erant simul in uno exercitu, atque in uno loco, & per unam noctem occisi sunt.

XVII. Ratio octaua Coronis. Si idem sonus potest simul eodemque tempore percipi a multis auribus: ergo & idem corpus existere in multis locis. At verum ante cedens, ergo & consequens.

X X V I I I. Respondeo, sonum esse accidentis: corpus vero substantiam. Ideo absurdum esse consequentiam in rebus toto genere disparatis. Secundo eundem sonum intelligi, vel specie, vel numero. De eadem specie, verum quidem antecedens, sed negatur consequentia. De eodem numero negatur antecedens. Nam sonus est in multis auribus per multiplicatorem. Cui rei argumentum est certum: quod sonus fortior est irca originem, quam pro ocul ab ea: & ita pro latitudine diffusus per aerem, tandem abiit in nihilum. Non potest autem non differre numero sonus intensor a soni emissore. Item alterum, quia idem numero accidentis non potest esse in variis subiectis. Atqui aer subiectum est soni. Non est autem idem numero aer in omnibus audientium auribus: est enim corporeus, ac proinde solidi mole distentus. Quare, quae vox est in auro Socratis, non est eadem numero in aure Platonis: sed tantum eadem specie. At corpus nos hic unum numero dicimus. Itaque nulla est vis argumenti.

gumenti.
XXIX. Ratio nona esto Bellarmini: sumpta à mysteriis nostræ fiduciæ, vel difficilioribus, vel æque difficilibus; Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, Creationis, Annihilationis, & Æternitatis. Sic deduntur hæc omnia: Ego, credendum etiam unum corpus esse posse in multis locis. Probatur consequentia; quia sigillationem singula ostendunt & longe difficiliora esse.

X X X. Respondeo, primo negari consequiam argumenti. Non e-

nim plus inserit mihius necessario. Credendum datam homini à Creatore rationem: at non tamen propter ea dotes etiam brutorum omnes. Credendum homini post peccatum anima immortalitatē relata: non credendum tamen etiā corporeis. Multa sunt similia. I. aq; totum hoc consequentiaū genūs à maiori ad minus topicū est: & aliquando verū, aliquando falsum. Atq; adeo Papistæ etiū concedant remissionem culpæ, tamen remissionem penitentiaē negant. Et Peltanus ridet, contra argumentantes a maiore ad minus. Secundo, negatur etiam antecedens. Non enim sunt illa capita difficultiora isto vno. Ratio: quia nulla tanta esse potest difficultas, qua sit implicatio contradictionis. Nam reliqua difficultates, saltem subiiciuntur omnipotentiæ: At hæc minime. Conicimus enim utique, ea quæ implicant contradictionem, ne a Loco quidem fieri posse.

X XXXI. Hic pugnat Bellarminus. Primo, de Trinitate, in qua est una natura in tribus personis, ut ipsa verissime distinctis. At hoc mirabilius est, quam unum corpus in multis locis. Nam triplex realis est distinctio, hic locorum, ibi personarum: ut in eis unitas, hic corporis, illuc naturae. Sed illuc natura identificatur realiter & formaliter cum singulis personis: non autem corpus cum loco.

XXXII. Respondeo primo, vere mirabilia essentia mente non comprehendenda: triunitatis. Verum non implicare contradictionem. Nam quia omnes factemur, ea quae sunt huius generis, in Deum non cadere profecto, si hanc arcuam implicat ne contradictionem: ea in Deo nulla essent. At sancti in Deo ergo, non implicant contradictionem. Corporis vero in multis locis, vere implicat contradictionem. Est autem Deitatis et corporis ratio diversa. Quia in Trinitate personae sunt individua: At essentia est in rebus ratione et modis. Atque igitur corpus nullum est nisi individuum: ideoque non potest esse pluribus communis: ne dum locis: quomodo essentia Divinitatis sua natura communis est pluribus personis. Esto hoc quidem mitius, quantum voleas: dum diversa sit ratio rerum comparatarum.

XXXIII. In Incarnatione tua est hypothesis in duabus naturis perfectis & dissimili mis: qua tamen identificatur realiter & formaliter cum earum naturarum altera. Diligenter autem consideranti mirabilis videbitur vnam esse hypostasin in duabus naturis, quam vnum corpus in duabus locis. Tunc autem plene incomprehensibile est, quomodo in illavione, vel non confundantur nature, vel non dividatur hypostasis.

X X X I V . Respondeo : esse vnois hypostaticæ mysterium incomprehensibile : quatenus infinita natura vna est persona cum humana . Sed tamen non esse incomprehensibile , quomodo dux naturæ in unam hypostatam coirent *āγγελοις* . Quia , exemplum quotidianum habemus in hominis natura , constantis ex anima & corpore : quæ iust substantia reliter & formaliter distinctæ : & quæ etiam separari possunt , & tamen secundum ex steret . Et tamen animæ ac corporis vnitca est hypostasis : non confusis naturis , catumque proprietatibus . At hoc , quantum distat ab uno corpore in multis locis ?

X X X V. In Creatione, & annihilatione. Qui dicit ex nihilo aliquid fieri; vel ex aliquo nihil: videtur dicere nihil esse aliquid, vel aliquid nihil. Tum super rat humanam cogitationem, aliquam rem nunc existere, quæ paulo ante nihil erat.

XXXVI. Respondeo: hic minus esse momenti, quam in precedentibus. Nam, qui dicit ex nihilo fieri aliquid: non magis dicit nihil esse aliquid, quam qui ex cæco videntem, dicit cæcum esse videntem. Imo id omnibus cognitum, quoties ex aliquo dicitur aliquid fieri, necessarie ut illud desinet esse quod erat: & antequā fiat, non esse id quod fiat. Quia, cum ex nihilo dicitur fieri aliquid, necessario supponendum, nihil non esse aliquid. & cum sit aliquid, desinere esse nihil. Quomodo; qui cæcus fit videns, desinit esset cæcus, nec est videns, dum cæcus.

XXXVII. In Resurrectione id maxime difficile & mirabile est: utnum idemque individuum bis fiat. Si enim bis; quomodo unum, & non duo?

XXXVIII. Imo, qui Christi, qui Lazari resurrectionē audit, facile concipi, nō duo, sed vnum esse corpus. Christi corpus non corruptū revocatū in vitam. Lazarī corpus iū idem, sed iam corruptū, & grauolens Nemo tamen dubitat vnum idemque numero corpus, cum Christi, tum Lazarī, se surrexisse. Cur non itidem aliorum? At bis si: Falsum: sed instauratum quod erat semel factum. Non est autem vnum idemque fieri & restaurari, siue restitui. Neque inter ipsos homines, qui nō aī rūgīta, in suas ministrissimas partes dissipata, iostauit, illādem particibus rursum adūnatis, dicitur alterum ab aliis fabricare, sed idem numero redintegrare. Quæ effigies esse potest resurrectionis. Et sic apud Athenagorā legitimus. Deum nū
κραυγὴ τὸν σωμάτιον ἡγένετο πάντη ἀγλαύσας, πάλιν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπειδὴ τὸν αὐτόν αὐθίπταν σύστοιχον, ταῦτα corpora, atq; omnino dissoluta, iterum valere & compingere, ad eandem eortundem hominum consistentia. Nec non quæstio[n]e[bus] d[icitu]r ad Antiochum apud Athanasium, ὃ cū Συνο[cl]o eis πέμψαται
τοῖς θεοῖς τὸν αὐτόν, αὐτὸς ἀφῆται τοῖς λόγοις τὴν αἰσθησιν αὐτὸν διωτεῖ. Qui ex nulla natura produxit hominem Deus, idem arcana quadam ratione potest refingere. n̄ γο[nd]ετε μη, δικοπότερον τὸ κεραυνόν, τὸν Συνο[cl]ον, εἴτε παρεγγέγεντο οὐδεσσος, n̄ συντελεῖται πάντα τὸν αὐτοκεντητόν; Οὐδέποτε οὖτε τὸν αὐτόν τὸν αὐτόν ποτὲ μετέπεστε ποθεῖται. Quid enim faciliter effigie, ex non existente in existentiam vas deducere: an confactum renouare: manifestum; refingere id quod iam erat fractum, in multaque frusta dissipatum?

XXXIX. In aeternitate; difficilius videtur unum instantis duratio coexistere diversis temporibus, quam unum corpus in diversis locis.

XL. Respondeo: illud coexistere diuersis temporibus, significare est ipsa aeternitate considerari illa diuersa tempora; ut simul idem sit aeternum & tamen praeteritum, praesens & futurum: ve extra aeternitatem esse a due: sa tempora. Priori sensu, nego aeternitatem coexistere diuersis temporibus. Nam in ea nulla ratio est temporis ullius. Hoc ipso quod sit non instantis, non fluens: at in posteriori sensu, non video quid sit incomprehensibile. Coexistit Deus infinitus, creaturis finitis, hoc est, Deus infinitus est, & creature finitae sunt. Cur non sic aeternitas & tempus: nam haec differant, quomodo infinitum & finitum.

XLI. Sperabam exhaustam Sophisticem : sed prodiit nuper Thraso Carolus Franciscus Abra de Ragonis , qui hanc Thesin dispu-

tans sect. II. responsonis ad epistolam quatuor ministrorum, sect. 7. non sufficit deliria. Esto igitur ab eo decima ratio, qua promittit conceptum, non tantum posse fieri, ut corpus unum sit in pluribus locis, sed etiam esse conceptu facile. Non minus potens est Deus, inquit, ad me credendum Romæ, cum cum sum Parisis, quam si nusquam esset. At si nusquam esset, Deus posset me creare Romæ, & que ac me creavit in loco meæ nativitatem. Ergo, et si sum Parisis, tamen potest me Deus denuo creare Romæ. Probat maiorem. Quia cum creare teum Parisis Deus, nihil amissus potentia tua, et si sit Parisis, tamen tantum dum nihil Romæ sit, unde creari queat. Tertio, si cum redigeret in nihilum Parisis, posset eundem Deus denuo producere Romæ.

XII. Respondeo: negari conclusionem: quia argumenti nulla sit legitima forma, propter multiplicatatem terminorum. Nam illud, *Deus de nulo creare potest* in antecedente nusquam: sed tantum *creare*. Porro creare non est tantum facere de nihilo, sed etiam initium dare ei quod nunquam fuerat. Quod pater in inductione: nihil enim opponi potest creatum, quod nusquam fuerit ante eam creationem. Neque et quum Sophistarum temeritatis tantum autoritatis concedi, ut discedentes ab omni experientia, fingant sibi, immo impotentiis, quae cunque volent imaginationum portentia. Itaque confidenter dicimus, illud, *denuo creare*, implicare contradictionem: quandoquidem de uno eodem que individuo dicatur: tum enim significaret initium dare existendi eidem individuo, quod iam tamen ante existisset. Cum ergo communis notio sit, sub omnipotentiam non cadere ea, quae implicant contradictionem: prolixè concedimus & maiorem, & minorem argumenti. Cum enim non propterea dicatur omnipotens Deus, quod possit contradictoria: ergo, non minus omni ipotensi dicetur, etiam si negetur posse Deum denuo creare ea, quae iam creavit: eadem, inquit, numero. Nam alioquin nemo negat posse Deum, & que nunc creare mundum ac olim: sed nos hunc mundum iam creatum: verum alterum numero: sive præter istum: sive isto prius redacto in nihilum.

C A P. XI.

Vnum corpus non posse implere plura loca.

I. Hæc fuere Papistarum argumenta. Iam nostra Catholicorum. Primum: Quicquid est totum in pluribus simul locis, est ubique. At nullum corpus est ubique. Ergo, nullum corpus est in pluribus simul locis totum. Minor patet: quia quicquid est ubique, est infinitum: ac proinde Deus. Ideoque à Parisib[us] inde educitur demonstratio, ad probandum veram Sancti Spiritu Deitatem. Ambrosius de Spiritu Sancto lib. I. c. 7. *Quis audeat creaturam appellare Spiritum Sanctum, qui non habeat circumscriptam determinatamq[ue] virtutem?* Quia & in omnibus, & ubique semper est, quod utique diuinitatis & dominationis est proprium. Augustinus lib., contra Maximinum c. 21. *Itane Deus est, qui repletus orbem terrarum?* Basilius c. 21. de Spiritu Sancto: *τοῦ παντοχόου, οὗ οὐσία συντάσσει, τῆς πολιτείας τοπίου φύσεως; την πάντας τὰς εἰδήσεις, την πάντας μεριγμάτων εξουσίας;* Eum vero, qui ubique est, simus que cum Deo praesens est, cuiusnam debet existimare naturam? illiusne que omnia continet, an eius que partialibus consistunt loculis? Claudianus Mamertus Viennensis de statu animæ lib. 2. *Si ubique esset, Deus esset.*

II. Probatur autem maior ab iisdem ipsis Parisib[us], qui illo arguento adstruunt: Spiritus diuinitatem. Recito: Ambrosius eodem loco. *Cum Dominus seruos suos Apostolos destinaret, ut agnosceremus aliud creaturam esse, aliud gratiam spiritualem, alias alio destinabat, quia omnes simul ubique esse non poterant. Dedit autem omnibus Spiritum sanctum, qui licet separatis apostolis inseparabilis gratia munus infundere. Erant igitur diversa persona, sed unus in omnibus operationis effectus, quia unus est Spiritus Sanctus: de quo ait: Accipietis virtutem venientis Spiritus sancti, in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, usque in fines terra. Incircumscripsi igitur & infinitus Spiritus sanctus, qui se discipulorum sensibus per separatum diuersis discretis regionum, remotoque fines totius orbis insuffit. Didymus de Spiritu Sancto. *Ipse Spiritus sanctus si unus de creaturis est, saltem circumscriptam haberet substantiam; sicut uniuersa quæ facta sunt. Nam etsi non circumscribantur loco, & finibus invisibilis creature: tamen proprietate substantia finiuntur. Spiritus autem Sanctus, cum in pluribus sit, non habet substantiam circumscriptam. Mittens quippe Iesus predicatoris doctrinam sua, repleteuit eos Spiritu, & inflans in faciem eorum; Accipite, inquit, Spiritum Sanctum: & euangelizate, docete omnes gentes: non quasi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes Apostoli ad omnes gentes pariter sunt profecti: sed quidam in Asiam, quidam in Scythiam, & alii in alias dispersi nationes. Si ergo hi in extremis finibus terra, ob testimonium Domini non coniuncti, distabant inter se longissimam spatiis: aderat autem eu inhabitar Spiritus Sanctus, incircumscripam habens substantiam: demonstratur Angelica virtus ab hoc prorsus aliena. Basilius loco iam dicto: *Ἐπειδὴν ἡ ἀληθὴ γένη τοῦ τοποῦ τοῦ πεντεκοστοῦ ἐπὶ τῷ Κορηνίῳ ιτιτεῖς ἡ Σινά, καὶ λόγος τοῦ πατρὸς Φαίδρου ἔδειξε τὸ Θρονούσαν τὸ Ζαχαρίαν διαλογίῳ. Τὸν αὐτὸν γορπὸν τὸν πατρὸς τὸν οἰκεῖον γένον ἐποδέψας τοῦ πατρὸς, μεταποίησε Αββαῖον οὐρανού, καὶ Δασκάλον πεντεστοῦ τὸν τοῦ Κατηφάκτη, εἰς τὸν Ιερουσαλήμ τὸν Χριστού. Ηλίαν τὸν Ζαχαρίαν. Άλια virtutes singuli in circumscripto loco esse creduntur. Nam qui Cornelio adstabat Angelus, non erat eodem momento etiam cum Philippo. Neque qui ex altari collaquebatur Zacharia, eodem tempore etiam in celo propriam implebat stationem. At Spiritus simul & in Abachuc operari, & in Daniel Babylonie credimus: & in Cataracta dicitur fuisse cum Hieremia, & cum Ezechiele ad Chobar.***

III. Hæc ille: Attende: Primo, diserte Didymus: Spiritus Sanctum negat esse circumscriptæ naturæ hoc argumento, quod sit in pluribus. Necessitate est igitur nostra hac maiori propositione nitiri. Quicquid est in pluribus, est ubiq[ue]. Deinde reliqua demonstratio hoc ipsum postulat. Ut enim probetur esse ubique, obseruantur in variis orbis partibus, una cum Apostolis: qui tamen non occuparunt omnes locos totius orbis; sed tantum duodecim. Ergo, necesse est eum, qui duodecim in orbe distantes locos

impleat, esse ubique. Quid? quod Basilio duo sunt satis? Erat Spiritus simul in Abachuc & in Daniel, simul in Hieremia & Ezechiel: ergo erat ubique. Tanto nunc certior est major propositio.

IV. Bellarmine responderet specialiter de corpore Christi, quasi oblitus agi de quolibet corpore. Et quia videtur perplexus respondere, describam. Dico, inquit, duas esse differentias inter Deum, & corpus Christi. Nos dicamus: & quodlibet corpus: ita poscente questione. Sed quas ergo? Prima est, quod Deus recipia, ac de facto est ubique: At corpus Christi recipia, ac de facto non est ubique, neque unquam est, sed uno loco est localiter: nimirum in celo: in multis sacramentaliter, in multis aliis nullo modo: & hoc sufficit ad saluanda argumenta Patrum de Spiritu Sancti diuinitate. Nam si solus Deus de facto est ubique: certe Spiritus Sanctus concorditer Deus esse, quia est ubique. Altera differentia: Quod diuinitas non solum est ubique, sed etiam non potest constringi ad unum locum: immo, non potest non esse ubique, cum sit intrinsece & essentialiter in mensa. At Christi corpus, licet possit esse, & sit per Dei potentiam in multis locis: tamen potest etiam redigi ad unum solum locum. Ita scripsit Bellarmine: adeo perplexus, ut non facile sit discernere quid sibi voluerit. Credo, quia argumentum sibi informe propositum At Baptista Desbois, eius abbreviator, argumentum sic posuerat: Patres soli Deo tribuunt esse ubique. At si corpus aliquod unum possit in pluribus locis ponit. Ergo & ubique. Respondet ad maiorem, id Patres tribuisse Deo de facto: nec enim de facto corpus aliquod fuit, aut erit unquam ubique. Secundo, ita esse proprium Dei ex natura sua, ut nulla ratione possit determinari ad unum, quantum sit de facto, locum. At nihil creatum, quod ita determinari non valeat. Ita formauit iste paulo melius, & oblicationem & solutionem. Sensus est, distinguere ea quæ ubique, in ea, quæ ubique sunt actu, vel potentia: Deinde, in ea, quæ non possunt esse ubique; & ea quæ possunt cogi in unum certum locum. Et de his, quæ actu sunt ubique, nec possunt aliter, negari maiorem nostri syllogismi. At, de his quæ ubique sunt tantum potentia, nunquam actu, & cogi possunt in unum locum: negari minorem.

V. Respondeo: Primo, non satisfici argumento, quia non distinguitur argumentum, sed ipsa conclusio. Quid tum autem, si sit ubique unum actu, alterum potentia? Non enim propterea negatur esse ubique corpus, quod tamen sit in argumento. Deinde, dico distinctionem esse nouam: atque antehac non auditam: itaque olere recentissimum Iesuitarum articulum, quibus mille vultigantur rimæ, ad elabendum: mille sophismata, quibus etiam manifestissimam veritatem eludent: quibus denique milles nocendi artes. Dico igitur, nunquam haec tenus auditum esse, aliquid esse ubique potentia, & non actu. Aut quicquam cogi posse in unum locum, quod possit esse ubique. Hæc vero omnia sunt Iesuitica: sed sunt etiam contra mentem Veterum. Quod constat, quia lufissent operam, hoc argumento disputantes contra aduersarios: potuerint excipi e Spiritum Sanctum, quem esset in pluribus locis, esse de eorum rerum genere, quæ non sunt ubique actu: quæque poterant cogi in unum locum. Contra hanc exceptionem, nemo Veterum suum fulciuit argumentum. Itaque, quicquid Bellarmine dicat, non fuisse factum haereticis. Et si factum, tum argumento est has distinctionis strophas incognitas fuisse. Deinde, certum eos intellexisse Spiritum Sanctum esse ubique; sed hoc ipsum dico illis probatum hoc medio; quod esset in pluribus locis. Quare, hoc rursus dico sex praesentia in pluribus locis, concludinecessario existentiam ubique actu: eademque necessitate & alterum sequi, non posse uno loco concludi. Quævis est nostri argumenti. Quod si placet ita potest reformari. Quicquid est totum in pluribus simul locis; est ubique actu: nec potest coerceri uno loco. At nullum corpus est ubique actu: nec non coerceri potest uno loco. Ergo nullum corpus est totum in pluribus simul locis. Et minorem probabunt iidem ex Parisib[us] loci.

V. Haec tenus argumentum primum: ex quo elicitor aliud. Quicquid est in pluribus locis totum, est ubique actu. At corpus Christi non est ubique actu: ergo corpus Christi non est in pluribus simul locis totum. Majoriam est disputata: minorem probo. Matthæi ultimo, Angelus fecit, inquit, vos Iesum crucifixum querere. Non est hic: Resurrexit enim prout dixit. Venite: videte locum ubi iacebat Dominus. Similiter Macri ultimo: & Lucæ 24. Item Iohannis 20. Sustulerunt Dominum ē monumento, & nesciunt ubi posuerunt eum.

VII. Huc referendi Patres: qui diserte negant Christum humanitatem sicut in terris esse. Fulgentius libri 2. ad Trasymundum, capite quinto: *Vnus idemque Christus homo, localis ex homine, qui est Deus immensus ex Patre. Vnus idemque secundum substantiam humanam absens in celo, cum esset in terra: & relinquentem terram, cum ascendit in celum. Vigilius libri 1. c. 3. Hoc erat ire ad Patrem, & recederat a nobis, auferre de hoc mundo naturam, quam suscepimus a nobis. Vides ergo eidem natura proprium fuisse, ut auferretur & abiaret a nobis, que in fine temporum reddenda est nobis. Et post: Dei filius secundum humanitatem suam recessit a nobis. Quos reliquit, & a quibus recessit humanitatem, non reliquit nec deseruit dignitate sua. Augustinus libri 20. contra Faustum c. 11. Secundum praesentiam corporalem simul & in Sole & in Luna, & in cruce esse non possit. Nec opus est pluribus. Nam subinde occurserunt similia.*

VIII. Bellarmine omnia dissimulat: excepto uno illo, *Non est hic.* Et altero ex Augustino. Ad illud responderet facile, duobus modis. Primo, sensum esse; non iacere mortuum in sepulchro, ut credebant mulieres. Secundo, intelligendum moraliter: quia non solet corpus viuens in sepulchro manere: quanquam absolute potuisse.

IX. Proh Dei & hominum fidem, quid est manifestissima quæqueritur, si hoc non est? Dicit Angelus, qui erat ad sepulchrum, dixit, inquam, de Christo, quem mulieres quærebant in eo sepulchro. Non est hic: Ego nunc quæro, quid hoc verbi significet. An corpus Christi tum re vere & actu non fuisse in eo loco: an vero fuisse? Illud tunc ipsa phrasis præfert ex vsu communium, tum Veteres testantur. Gregorius homilia 21. in Euangelia. Non est hic, dicitur per presentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per presentiam diuinitatis. Quæ verba ab eo muculantur Zacharias Chrysopolitanus, & Anselmus. Petrus Chrysologus sermone 77. alii verbis candem rem effert. Non est hic secundum id quod in loco existit. Hic estiam.

est autem, per hoc quod ubique est & loci capacitate non clauditur. Aduerte: Non est hic, & nusquam deesse, opponi inter se. Ergo necesse est illud, non est hic, idem esse ac si dictum esset, deest hic. At hoc significat absentiam actualis.

X. Adde sequentia verba: *videte locum. Lyranus: Vacuum scilicet. Consonant Victor Antiochenus in Matthaeum. Propter hoc enim, nimirum quo locum, ubi positus fuerat vacuum demonstrari posset, lapidem sustulerat. Anselmus: quasi dicat: Si verbo non creditis, vacuo sepulcro credatis. Caietanus: Etiam vacuitatem sepulcri afferit in testimonium. Nec recentiores dissentunt. Francis us Lucas: Videte locum: qui corpore vacuus, corporis adhuc habet exnuas. Salmero tract. 9. tom. II. Huius verbis declarat se propter eas lapidem reuoluisse. & vacuum sepulcrum vixum satis erat ad comprobandum primum dictum, scilicet, Non est hic. Sedulius: Vacuumque vident iam corpore factum, sed plenum virtute locum. Quid potesten dici locus vacuus, in quo re ipsa corpus esset? Iuencus: Visere iam vobis licitum est quod sede sepulcri Nulla iste iaceat, fuerant quae membra sepulta.*

XI. Sed mulieres quærebant mortuum. Ego, applicandum ad eorum mentem dictum: *hoc sensu scilicet, non est hic mortuus. Imo inquam, illud de non mortuo uno verbo significatur, Resurrexit. Maldonatus: Non fatus fuist dicere. Non est hic: poterat enim illic non esse, nec tamen resurrexisse: quia inde translatus aut surto sublatus: propterea addit, Surrexit enim. Consentit Lucas Brugensis: Ergo non unum idemque est: non est hic: & non est hic mortuus: quod putat Bellarminus. Et sane haec ad mulierum mentem. Haec enim & Christum putabant mortuum, & putabant ibi esse in eo sepulcro. Ad utrumque Angelus. Et non esse ibi, & resurrexisse.*

XII. Ac illud moraliter festiuum. *Quid autem? an aliud, quam historice? Videtur: alioquin non esset Bellarmino soluta difficultas. Sensus est ergo, Angelum dixisse, non est hic: non historice, ut vere significaret coloco, tum temporis non esse corpus Christi: sed tantum moraliter. Neimpe, ut significetur Christi corpus fuisse quidem in sepulcro historice: sed non fuisse in sepulcro moraliter: Haec vero somnia quis facile explicet? Et primo, quorsum illud prius de mente mulierum? Neque enim nullius est momenti: nisi de Angelo sophistam facias; non inservientem mulieres, sed eludentem, imo illudentem. Nam certemulieres historice quærebant Iesum mortuum: & quærebant in sepulchro. Quid absurdins, quam inducere Angelum moraliter respondentem? Nunquam quia squam probet, præter Iesuitas, quibus eadem est cordi mentalis & aquivocatio. Secundo: quid illud *Venite, videte locum*? etiam moraliter dictum? At si non potest: unum ne reliqua quidem. Nam illo ista probantur: & probantur per experientiam: Maldonatus. Quod & suo & Christi testimonio probatur, nunc experientia confirmat, & ipso visu nimirum fidem facere. Quid iam experientia & visus, sunt ne moralia, an potius historica?*

XIII. Augustinum Bellarminus responderet loqui de corpore Christi, vel secundum sententiam Manichæorum, vel ut est revera. Si prius, hoc esse dilemina. Si Christus est Spiritus, seu Phantasina, crucifixi non potuit. Si autem est corpus expansum per Solem, Lunam & alia loca; non potuit totus simul esse in Sole, Luna & cruce. Sin autem posteriorius: tum loqui Augustinum de corpore secundum ordinarium cursum naturæ: & non secundum id quod potest in illo facere Omnipotens Creatoris. Probat, quia ibidem dicat, Spiritum nullo modo pati posse in cruce. Quod nisi intelligatur secundum ordinem naturæ, contradiceret ei, quod idem ipse scripsit de Civitate Dei, libri 21. c. 10. Spiritum pati posse ab igne corporeo per diuinam potentiam. Quod si alligari potest igni, cur non etiam cruci?

XIV. At ego hos homines dico, vel negligentissime legere quæ legunt, vel stupidissime esse Dialeticos, qui tam male resolvant quæ alii scripsere. Recito locum integrum, etiæ prolixiorum paulo. Thesis erat, Ut ex viribus Spiritus Sancti, ac spirituali profusione, terra concipiens genuerit patibilem Iesum: quod Manichæi assertebant. Hanc thesis variis argumentis Augustinus exagitat: & Postremo, inquit, dicite nobis, quod Christos esse dicatis. Alius ne est, quem de Spiritu Sancto concipiēt terra patibilem gignit, omni non solum suspensa ex ligno, sed etiam iacentis in herba: & ille alius quem Inde crucifixus est sub Pontio Pilato: Et tertius ille, per Solem Lunamque distantes? An unus atque idem, ex quadam sua parte ligatus in arboribus: ex quadam vero parte liber, eidem ligata captaque subueniens? Quod si ita est, ille quem sub Pontio Pilato passum esse creditis, cum eum sine carne fuisse narratis, nondum dico quomodo talem mortem sine carne pati potuerit? sed quaro cui naues illas reliquerit, ut inde descendens talia pateretur, qualia sine quocunque corpore fieri non possent? Secundum praesentiam quippe spiritualem nullo modo illa pati posset: secundum praesentiam vero corporalem simul & in Sole & in Luna & in cruce esse non posset. Prinde, si corpus non habuit: non est crucifixus, si auem habuerit, quaro unde habuerit, cum omnia corpora ex tenebrarum gente esse dicatis: quamus substantiam diuinam cogitare nisi corpoream nunquam volueritis. Unde cogimini aut sine corpore dicere crucifixum: quo absurdius & dementius nihil dici potest: aut in phantasmatu potius quam in veritate visum fuisse crucifixi: qua rursus impietate quid peruersus est? Aut non omnia corpora de gente esse tenebrarum: sed esse etiam corpus diuina substantia, quod tamen immortale non sit: sed posse ligno effigi, & occidi: quod nihilominus plenum est dementia. Aut ex gente tenebrarum mortale corpus habuisse Christum: atque ita qui eius corporis matrem Mariam Virginem credere timetis, gentem demonum non timetis.

XV. Hactenus ille: quid Bellarminus? Vel agit, inquit, Augustinus ex mente Manichæorum, vel de ordine naturæ. Hic ego primum. Quid tum, si secundum Manichæorum mentem? Nam, quid haec faciat ad solutionem argumenti, non indicat: ego etiam non video. Deinde, nego posse secundum mentem Manichæorum. Nam quomodo, qui Christum in Sole & Luna & qualibet arbore ponenter; iidem negarent esse posse in Sole, Luna, & cruce? Itaque, alterum potius verum. Sane enim Augustinus Manichæorum somniationes impugnat ex veritate naturæ corporalis En tibi Analysin. Dilemma, Christus ille, quem Manichæi genitum digunt, terra concipiente, vel multiplex est, unus in Sole, alter in qualibet stirpe; tertius in cruce. Vel est unus per partes distentus in his omnibus. Prius membrum propter perspicuitatem absurditatis, credo (nam

quis fecerat unum quid esse tria?) missum facit. Alterum prolixè examinat: Si est unus, ergo primum: et quae illas quas ei assignabat. Ratio, quia non poterat simul esse in Sole, & Luna (ubi illæ uales) & cruce. Deinde, vel habuit corpus, vel non. Si non habuit: ergo, vel non est crucifixus: quia non potuit id suppli: cù absque corpore fieri. Et id enim absurdum: Vel in Phantasmatu, quod est impium. Si autem habuit; ergo vel ex diuina substantia mortale: quod est plenum dementiae: Vel ex genitio: membrum dari unum in pluribus locis: quo neque multi darentur, unus in Sole, alius in stirpibus, alius in Cruce: neque unus distentus: sed unus tantum & in Sole, & in stirpibus, & in cruce: Quomodo unum corpus Romæ & Lutetiae, & Constantinopoli. Secundo, si unus, ergo reliquit naues, & in cruce morieretur. Minime vero, inquit Iesuita. Nam si unus corpus potest esse Romæ ad ignem; & Lutetiae in media glacie; vt Bellarminus. Et si potest Romæ vivere, Lutetiae mori; vt Comimbrenses assertunt: cur non idem Christus potuerit, & in Sole, ac Luna, naues suas agere: & simul in cruce mori: hæc inquam, acutissimi Iesuitæ respondunt: Augustino. Haec Manichæi etiam, si tum contigit, et Iesuitæ in chola Manichæos erudit. Sed ea videlicet erant tempora quibus tanta mysteria non erant cognita. Nostra facilitiora: quæ si aggrediantur, non has tantum Augustini ratiunculas, sed totam à fundamento vestimenta doctrinæ eueriant.

XVII. Sed redeo ad meum Bellarminum. Quid tum ergo, si loquitur Augustinus de ordine naturæ? ergo, inquit, non de omnipotentiæ Creatoris. Imo, inquam, etiam de omnipotentiæ Creatoris. Disserit enim, Secundum praesentiam spiritalem nullo modo pati posset: secundum praesentiam vero corporalem, simul in Sole & in Luna, & in Cruce, esse non potest: repete dñs Tugd. & nullo modo. Si nullo modo: ergo ne quidem per omnipotentiæ. De contradictione autem; iubeo esse securum. Primo enim, non sibi Augustinum contradicere ostendit Sophista: sed tantum consequens, ex Augustino verbis educto. Non enim in libris de Civitate dei, etiam unquam bono illi Patri, Spiritum pati illa in cruce; id est, crucifixi potest: quod hic negat. Deinde Bellarmini consequentia eius modis: Si spiritus alligatur igni; ergo & cruci. Distinguendo, inquam, alligatur cruci, vel ut ab ea non discedat, vel in ea illa patiatur quæ Christus est passus. Illo modo nihil est absurdum: nec negat hic Augustinus. Athocmodo negat Augustinus: nec sequitur ex antecedente. Quid? quod non dicit secunda spiritum, sed secundum praesentiam spiritalem? Haec vero differre quis nescit, qui saltem sit Theologus? Nam potest etiam corpus praesens esse hoc modo, quod tamen non potest spiritus dici. Sed ubi sic praesens est, ibi pati non potest, quod in sua substantia pati potest, aut omnino nihil pati: at corpus praesens per spiritualem praesentiam tantum, absens est per substantiam suam. Itaque, nugatur Bellarminus, non autem Augustini mentem explicat.

XVIII. Secundum argumentum: Nullum unum finitum potest esse in multis locis totum. Minor certa: maior probatur: primo, quia locus est unicus rei sui substantiae finis. Vel, quia locus continet locatum. Quicquid autem continet, id quod continet ita habet intrale, ut extra nihil relinquatur. At si unum corpus est in horo, & in cubiculo: neuter locus iusta se continet: quia extra se relinquatur: itaque non esset locus: quæ est contradicatio. Quomodo autem potest esse in horo: finis substantiae eius corporis, cum sit eadem substantia extra horum, in cubiculo? Argumentum fuit olim Ioannis de Turecremata questionibus Euangeliorum in octauis Paschæ, quest. 1. Quod unum corpus sit in duobus locis, implicat contradictionem: quia de ratione loci est quod sit loci terminus: terminus autem est extra quem nihil est rei: unde nihil loci potest esse in loco exteriori: quod si ponatur esse in duobus locis, sequitur quod sit extra suum locum: & sic sequitur quod sit locatum, & non locatum.

XIX. Respondent Bellarminus & Michael: Unitatem essentialiem rei, non pendere ab unitate loci: cum prius sit rem esse unam, quam esset in uno loco: sed ab internis suis principiis. Itaque, imaginationem quidem non posse concepere unum corpus in diversis locis: sed rationem tamen indicare posse, si sana sit falli imaginationem.

XX. Sed primo, non respondet. Non enim quæritur, unde pendet unitas: sed quid ex unitate sic consequens. Pendat sane ab internis principiis: sed non est propterea falsum, nihil ita ab internis suis principiis, esse posse in multis locis. Quin vide quam si præposteriorum ingenii Bellarmini. Nam vis argumenti nostri postulat potius, ut unitas cum esse locum: ideoque nullum unum posse esse in multis locis: quia maior est nostra.

XXI. At Catonius respondet, non obstat unitatem corporis, magis quam unitatem spiritus multitudini locorum. At spiritum unum posse esse in multis locis. Ethoc probat exemplo animæ: nam quantitatemeilleat animæ non excedere quantitatem puncti Mathematici. Itaque esse totam in corpore: & totam in singulis particulis.

XXII. Sed haec præter nugas nihil habent. Quantitas, inquit, est prius loqui? Non excedit quantitatem puncti. Quid inconsideratus? Utatur enim excessus interies similares. At anima & punctum: non sunt similes, hoc quantum, illa non quanta: sed ad rem: negamus animam, etiæ totam in singulis particulis, esse in pluribus locis. Quomodo, etiæ Angelus sit in singulis partibus loci, quo detinetur, plures locos non habet: sed id antea dictum.

XXIII. Quod autem sanctius afferit, Si partes corporis in quibus illa tota habitat, à se inuicem, saltem intra aliquod spatum, pro animæ capacitatem, ad animandum limitatum & definitum, sciungerentur, & in singulis tota perficiantur: et tum futuram in pluribus locis dicerent natu-

naturaliter. Quomodo in reptilibus & insectis, aliquandiu perstat anima sensibilis, partibus longo intervallo sepositis. Hoc inquam, Monasticum somnum est. Quis enim dedit huic homini quidlibet pro arbitrio supponere, & pro demonstrationibus obtudere? Atqui, id tantum non sit, sed ne fieri quidem potest. Quia enim anima est in corpore, non in loco in loco, sed ut forma in materia: nempe, quia informat hominem; non potest fieri, ut sit, exempli gratia, in manu praecisa: alioquin manus ipsa per se esset homo: quomodo reliquum corpus, est in truncum manibus, tamen est homo; quia semper ab anima rationali informatur. Nam de insectis quam dissimile exemplum est? In iis enim anima est tantum qualitas & temperamentum caloris viuifici. Itaque non potest esse tota in toto, & tota in partibus. Ideoque cum membra separata mouentur; non iam una eademque anima est; quia non tota, sed pars tantum prioris animae: nimirum temperamentum illud quod erat in ea parte. Non est igitur aptum exemplum ad multitudinem locorum vnius eiusdemque.

XXIV. Tertium argumentum. Si corpus unum est in pluribus locis, sum aut occupative, aut definitiue, aut repleteue. At neque occupative, neque definitiue, neque repleteue: Ergo, Nullum corpus est in pluribus locis. Probatur consequentia: quia hi tres sunt duntaxat modi essendi alicubi. Probatur assumptum per partes: Non repleteue: quia iste modus proprius est Deitati, quae omnia cum replet, tamen neque spatium occupat, cum sit spiritus: neque terminis vel definitorum, cum sit infinita. Non definitiue: quia quæcunque sic sunt in loco uno, non possunt esse alibi. Non etiam occupative: quia quicquid ita est in loco, est etiam definitiue: ac proinde non potest esse alibi. Haec duo membra proponuntur & explicantur. Lombardo distinet. 37. lib. 1. legm. 9. *Duo*bus his modi dicitur in Scriptura aliquid locale, sive circumscripibile. & conuerso: scil. vel quia dimensionem capiens longitudines, altitudines & latitudines, distantiam facit in loco, ut corpus: vel quia loco definitur ac determinatur: quoniam cum sit alicubi, non ubique innenitur, quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo localis est, spiritu vero creatus quodammodo est localis, quodammodo non est localis. Locali quidem dicitur, quia definitio loci terminatur: quoniam cum alicubi praesens sit totus, alibi non innenitur. Non autem ita localis est, ut dimensionem capiens, distantiam in loco faciat. Et segmento duodecimo: idem repetitur.

XXV. Ad solutionem huius argumenti refero. Primum, ex Cotonio, tria esse locorum genera. Circumscriprium, Definituum, Sacramentale. Primum omni corporum generi competere: Secundum omni spiritui creato: tertium esse proprium Christi in Eucharistia. Secundo ex Sancto, Angelos mitti in ministerium propter eos, qui hereditatem capient salutem, primo ad Hebreos: & tamen semper videre faciem Patris qui in celis est, illicque perpetuo adstante: neque enim propter ministerium fraudari sua beatitudine, & visione Dei: alioquin enim pœnallis esset & miseria ad nos alegari: nec similiter ubique Deo frui, sicut in beatorum & beatitudinis caelo: alioquin fufra seponeretur ad beatitudinem illa regio.

XXVI. At ego ad primum: tria illa locorum genera esse recentissimum inuentum Coconi: & illud quidem sacramentale vere chimereum. Nam si est locus vere, tum vel internus, vel externus. At non internus; est enim hic finis suæ cuiuslibet essentiae, ideoque est connaturalis rei. Sacramentum autem corporis Christi non est connaturale; Imo est verum accidentis. Nam & ipsi Papistæ fatentur corpus Christi esse sacramentaliter in loco; non per se; sed per dimensiones panis & vini. Non est etiam extrinsecus. Est enim hic aliquid relatum: locus enim est locatus. At sacramentum est iterum aliquid relatum: est enim signum: & omne signum non nisi signati signum. Atqui me meus Coronos olim docebat, relationem relationis nec fundamentum, nec terminum esse posse aliud super alium. Epistola ad me postrema. Præterea: quæro per quem locum corpus sit in pluribus locis? Nam si per sacramentalem tantum: ergo nullum aliud corpus est in pluribus locis. Ratio, quia nulli alicuius hic locus conuenit, ipso teste Cotonio, qui propriam asserteret corpori Christi in Eucharistia. Itaque frustra erit disputata thesis de quo liber corpore.

XXVII. Sancti instantia de Angelis eo est, ut doceat ea quæ sunt definitiue in loco, posse pluribus locis esse. Sed hoc negatur. Probat: quia Angeli simul sunt in celis, & tamen alibi ministrantes sanctis. Hoc iterum negatur. Ille probat, quia in celis semper vident faciem Dei. Si enim semper in celis: ergo nunquam deserunt celos. Respondeo, negari consequentiam. Et locum Matthæi dupliciter exponi. Alii enim legunt: Angelorum in celis: Lucas Brugenius. In celis, id est caelos, quorum propria habitatio in celis est. Hoc epitheto distinguuntur à malis Angelis (et si Syria illud non legit) quorum propria habitatio in inferis est. Alii vero legunt: In celis vident. Sed celos figurate dictos interpretantur. Et huc inclinat longe maxima pars interpretum. Gregorius, Moralium 2. c. 2. Quomodo autem semper afflire & videre semper faciem Patri possunt, si ad ministerium exterius pro nostra salute mittuntur? Quod tamen etius soluimus, si quanta subtilitas sit Angelica natura, ponamus. Neque enim sic à diuina visione foras exeunt, ut interne contemplationis gaudius priuentur. Et post: Et mittuntur igitur & assistant, quia per hoc quod circumscripsi sunt, exeunt: & per hoc, quod intus quoque praesentes sunt, nunquam recessunt. Et faciem ergo semper Patri vident, & tamen ad nos veniunt: quia & ad nos spirituali praesentia foras exeunt: & tamen ibi seconde recesserant, per internam contemplationem seruant. Beda super Lucam apud Lombardum lib. I. dist. 37. legm. 13. Cum ad nos Angelis veniunt, si exteriori ministerio, ut tamen ante Deum, interiori, per contemplationem affiant: quia et si Angelus est spiritus circumscripus, summa tamen spiritus, qui Deus est, incircumscripus est, intra quem currit Angelus quoque mittatur. His recentiores consentiunt. Ianuenius Concordia cap. 71. Circa illud, semper vident in soles faciem Patri mei. Notandum Angelos etiam cum non sunt in celo, sed ad nos missi sunt, non careri beatissima Dei contemplatione: sed ubicunque sunt, Dei, qui ubique pra-

sens est, perfrui contemplatione atque rationis eius contemplationis dici esse in celo. Vide Lyranum & Maldonatum.

XXVIII. Facile igitur satisfit Sancto. Primo enim apparet illud falsum, non deserit celum ab Angelis. Non tantum enim à Gregorio dicuntur exire foras: & à Beda circumscripsi. Sed etiam à Lanzenio, non esse in celis cum ad nos mittuntur: quod & veteres dicebant. Basilius certe, non eodem tempore implere stationem suam in celo. Etiam Beccanus legit, de Officiis Angelorum, c. 2. Angelis duobus modis possunt resi curam gerere: ut quando in celis existentes pro nobis solliciti sunt. Secundo, exteriori officiū ac ministerio, ut quando relatio celo ad nos mittuntur & presentes operem ferunt. Deinde, fallum fraudati propterea sua beatitudine, si celos defensione: cum eorum beatitudo sit in contemplatione Dei, à qua nunquam vacant; ne in terris quidem. Nam quod seponi notat regionem celestem ad beatitudinem; hoc sit non exclusivus, quasi alibi ausquam sit: alioquin quomodo assertant Papistæ ab initio conceptionis, animam Christi, quæ tamen non erat in celo, beatam fuisse ob istam Dei visionem & sed comparare: quia ibi praecipue & semper: maxime hominum ratione, qui quandiu in celos non deueniunt, hac beatitudine non fruuntur.

XXIX. Sed cum Cotono, tunc Sancto longe audaciō Bellarminus est, qui primo dilerte ait, corpus idem posse esse circumscripturn & definitiue in pluribus locis, visibilitate & localiter. Quomodo autem? Nam hoc sane nouum est: nunquam auditum: & vere portentum. Audit, Nam ut corpus, inquit, sit circumscripturn in aliquo loco, tantum requiritur, ut commensuretur illi loco: ita ut termini loci, & locati similitudine: non autem, ut non sit alibi, tanquam in alio loco. Item, ut aliquid sit definitiue in loco, tamen est si definiatur in loco: ita ut in loco sit, & non in maiori: siue sit in alio loco etiam definitiue sit non. Si instes: Corpus trium cubitorum, si hic occupet tres cubitos, & in alio loco tres cubitos: & rursus alios tres cubitos: tum sicut spatium nonum cubitorum. Esse autem impossibile, ut corpus trium cubitorum, occupet plusquam tres cubitos. Ille respondet, vere non posse unum corpus trium cubitorum occupare locum nisi tantum: At nihil obstat, quo minus bis terre posatur in loco tanto.

XXX. At ego primo obseruo Bellarminum imperite loqui de loco definitiuo, dum ei tribuit spatium: & quidem cum diff. recta maioris & minoris. Nam diserta sunt verba: *Satis est si definitur certo quodammodo spatium: ita ut in toto illo sit, & non in maiori.* At locus definitiuis nullum agnoscit spatium: quod proprium est loci circunferentia: priu. teste Lombardo: quem (axe) citatum, necesse est ne hic quidem omitti. *Duo*bus his modi dicitur in Scriptura aliquid locale. Quibus ergo, inquam? vel quia dimensionem capiens distantiam facit in loco: Vel quia loco definitur & determinatur. Enim distantia loco propriam circumscripturn. Et rursus: *Spiritualem creaturam nec dimensionem recipit, nec distantiam facit in loco.* Enim distantiam alienam à definitiuo. Quis autem, aut distantiam sine spacio; aut spatium sine distantia potest imaginari?

XXXI. Sed illud certe falsissimum, non requiri, ut quid sit in loco definitiue: ne non sit in alio loco. Nam contra, Lombardus constanter, *Quia loco definitur ac determinatur: quoniam, cum sit alicubi, non ubique innenitur.* Item: *Spiritus creatus quomodo est localis?* Localis quidem dicitur, quia definitions loci terminatur (en tibi loci definitiuum) quoniam cum alicubi praesens sit totus, alibi non innenitur. Item: *Creatura spiritalis tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi, quod non alibi.* Hic Bellarmino mendacium. Nam Lombardus definitione loci contineri, semper explicat, ita esse uno loco, ut non sit in alio. Quod si verum est de definitiuo, certe etiam de circumscripturn: quia, ipso Lombardo teste, quicquid est circumscripturn in loco, est etiam definitiue: ac proinde omnis locus circumscripturn, est etiam definitiue.

XXXII. Illud vero de corpore bisterie tricubitali, nesciendum est commentum, & dignum cui applaudat tota Jesuitarum causa. Non impetrat, inquit nouem cubitos, sed ter ternos. *Ἄλλοι βασιλεῖς τὴν απόστολον Φίλιππον! οὐ δέρτε μὲν εἰς τὸν θάλαττον φωρεύοντες τοὺς πόνους εἰς τοὺς φοῖβούς ταῦτα ἢ πάντα τὰ φλυάρια.* Et si unum eademque panum metatur Petrus, & secundo Robertus, & tertio Gregorius: tunc facie implebit idem panus ter ternos cubitos: nec tamen nouem. Sed non puto sic fieri in hac questione de multiplicatione locorum. Nam haec mensuratio triana mere est per accidens, quia pannus nullo modo multiplicatur, neque secundum se, neque secundum locum. At haec non potest dici per accidens, quoniam nascitur necessario ab hac multiplicatione saltem loci.

XXXIII. Verum, cum hoc primum commentum non satisfecerit ipsi Bellarmino, sedum nobis: secundo responderet, dari tertium modum essendi in loco præter circumscripturn, & definitiuum: nimirum per solam præsentiam: quomodo Deus est in loco. Et hoc modo esse in loco corpora, quæ per diuinam potentiam sunt in variis locis. Ut abyssum abyssum inuocat ut qui sordeat, sordeat adhuc! Sed quis sensus Bellarmino? An eudem modum existendi in pluribus locis, Deo esse communem cum corporibus? An vero solam præsentiam? Illud qui potest, ut non sint tot Dii, quod non corpora illa erunt? Imo, qui potest, cum Deus omnino non sit in multis locis, ut antea diximus? Nisi in nostro loco locos illos comparemus in quibus Deus est. Sed tamen non sunt loci, habita ratione Dei. At hic nos multis locos dicimus, relate ad ea ipsa corpora. Itaque hac parte solutio est *ἀληθινή.* Quid ergo? ut in hac multiplicatione locorum nihil sit præter præsentiam? Hoc vero intelligat Oedipus. Aut ego nihil video, aut nihil Bellarminus nisi φανερόν. Nam quid est præsentia, nisi existentia alicubi? & præsentia in multis locis, nisi existentia in multis locis? Magnum igitur arcanum; si an existat in multis locis corpus, cuin queritur; dicas posse per præsentiam: hoc est, per existentiam. Et nondum pudet ineptiarum?

XXXIV. Quartum argumentum: Si ab uno loco in multis sit præsens unus corpus. Ergo incipit esse ubi prius non erat, vel per gene. actionem; ut cum homo qui non erat, sit: ac proinde est in utero: vel per motum localem; ut cum sol exortens ascendit supra Horizontem. At neutro modo. Ergo, nullum corpus sit ab uno in multis locis præsens. Propositio

per se pater. Assumptum probatur per partes. Non per generationem: quia quodcumque generatur, autem non erat. At id corpus si ab uno fit praesens in multis: necessario erat in eo loco antequam fieret in multis praesens. Ideoque non potest in ipsis generari. Non etiam motu locali. Nam quicquid mouetur localiter, deferit locum in quo erat, ut abeat ad alium. Athic ponitur non deserere.

X XXV. Respondet Bellatminus, Domini corpus incipere esse in alteri, vbi antea non erat: non per generationem, non per motum localem; sed per transubstantiationem. Quomodo, cum corpus augetur, anima incipit esse vbi non erat, non per generationem aut motum localem. Et Deus, cum quid in mundo nascitur, incipit in ea re esse; nec generatur, aut localiter mouetur.

X XXVI. Atqui, primo nos de quolibet corpore disputamus; non de Christi tantum. Nam volunt Papistæ etiam alia corpora esse in multis locis posse: immo & spiritus. An e: iam ipsis tribuunt transubstantiationem? aut si non tribuunt, sed tali corpori Christi: ergo & spiritus, atque alia corpora negant esse in pluribus locis; vel concedant generali, aut moueri loco: id est, strenue ineptiant. Deinde, quod ait, anima incepit esse, ubi non erat prius, cum corpus augetur; non est ad rem: quia non est exemplum pertinens ad locum. Sæpe enim dictum, animam esse in corpore, ut formam, non ut locatum. Idem respondeo de Deo, quem inepit dicat quis esse in illo loco.

XXXVII. Ast abbreviator Bellarmini Baptista respondet: Etsi non generetur corpus Christi, qui iamiam est: tamen habere se, ac si de nouo produceretur. Quia vi consecrationis, si actu nullo modo esset, ponceretur aet in rerum natura per commutationem panis in seipsum.

XXXVIII. Ita monstrum monstros cumulant. Ita mendaciis mendacia purgant. Et profecto nullus erit finis commentorum, quamdiu sibi humana indulget stultitia, ut suo ductu rimetur ea quæ sunt supra se. Respondeo, primo hac ipsa sua absurditate, fieri extra omnem fidem. Enim vero, quænam illa audacia est, supponere quod nunquam fuit, nonquam erit, tum pronunciare, quid futurum sit, si id fit? Deinde supponatur: qui cogitari potest ille genitus per consecrationem, esse Iesus, quem oportuit genitum ex Maria; & esse hoc modo filium hominis? Denique ~~etiam~~ ^{etiam} Sophista ~~etiam~~ ^{etiam} ~~etiam~~ ^{etiam}. Etenim non est idem generati, quod in argumendo est, & sic se habere, ac si generaretur.

XXXIX. *Quintum argumentum*: Si vnum corpus potest esse in multis locis: ergo potest suscipere contradictionia. At nullum corpus suscipere potest contradictionia. Ergo nullum corpus potest esse in pluribus locis. *Patet assumptum*: quia contradictionia in eodem subiecto, esse non possunt. *Probatur propositio*. Quia idem posset esse leipso superius & inferius: immo & alio corpore: sic de aliis loci affectionibus. Item posset hic frigere, illic calere: hic ambulare, illic quiescere: hic stare, illic sedere: hic cædi, illic minime. Et quia ut esse posse contendunt in multis; ita concedunt ad unum reduci: Ergo, cum qui erit Roma & Lutetia, ad unum redibit; necesse erit ipsum sibi occurrere; quid ergo, auersum an aduersum? Tum autem ipsum- ne ab ipso videbitur? & multa eiusmodi.

XL. En tibi nunc mirabilia: Imo officinam miraculorum. Affectiones corporis distinguunt in relatas & absolutas. Illas, quæ dicuntur de corpore respectu loci; ut stare, sedere, ambulare. Has vero, quæ absque loco respectu dicuntur de corpore, ut calefieri, ægrotare, mori, & similia. Relatas omnes concedunt multiplicari itidem ut locos. In his esse primo, affectiones ab ipsis locis; ut sursum, deorsum: procul, prope, & similes. Deinde actiones etiam, quæ terminantur ad loca: ut quæ non egrediuntur sphæram actiuitatis: sic enim faculam posse totum orbem illustrare, nimicum, quia multiplicatis locis, multiplicetur sphaera actiuitatis. Porro non esse contradictionem, cum dentur varii respectus. Erunt enim in eodem subiecto per diuersa fundamenta, aut diuersas fundandi rationes.

XLI. Ast absolutas quidam (Thomistas nominat abbreviator Bellarmini) concedunt multiplicari: eo usque progressi, ut dicant, eundem hominem uno loco eborum esse posse, & alio siture: uno viuere, alio mori. Alii vero negant. In his Bellarminus. Si ergo uno loco corpus calefiat, et iam in alio esse calidum. Et si uno sit ad ignem, altero intra glaciem, utro bique nec summe frigidum, nec summe calidum: sed eodem modo ac si eodem loco applicarentur, ei contraria illa agentia. Si uno loco vulneratur, etiam alio appetitum vulnus. Etsi uno loco comedat; altero non esuriturum.

XLII. Nimirum hoc illud est: qui semel verecund'æ limites transgres-
sus est, hunc oportet gnauiter esse impudentem. Sed frustra. Non enim
querunt cordati, quid in gurgitis suis Monachis omnient, sed quid ve-
ritas ferat. Cuius hoc summum axioma, de qualibet re, aut esse, aut non
esse. Ideoque contradicentia, quæ utrumque simul à veritate alienissima.
Et contra nulla erat hactenus data exceptio. Hoc igitur considerandum,
utrum ista quæ prolatæ sunt, sint in contradictionibus.

XLIII. *Incipit ab iis, quae dicunt referri ad locum. Et primo, dico esse contradicentia; vnum idemque corpus esse scipso superius & inferius: sibi ipsi propinquum, & à scipso remotum. Negant illi. Quo prætextu? Quia, inquiunt, dantur variii respectus. Quæto hos ipsos: & queror à Belarmino non diligentius expositos. An enim variis locis intelligit? ut sensus sit, vnum corpus existens in sublimi esse superius scipso existente in infimo. Et esse sibi proximum existenti in uno loco; ac remotissimum existenti in alio loco. Hoc si vult: nō ille nugas agit nugerimas. Quasi hoc ipsum non sit esse superius, quum quid est in loco superiori: & inferius, quum in inferiori. Et non vident subtillissimi homines idem per idem explicari? Quasi quis diceret, posse eundem hominem esse sanum fatione*

sanitatis, & morbosum ratione morbi. Et melidem dulce ratione dulce. dinis, & amarum ratione amaritudinis. Itaque non est hoc contradictionem tollere: sed puluerem iniicere oculis spectantium: ut cum nihil dixeris, tum vero magnifice loquutus videatis.

X L I V . Sed non multiplicantur affectiones absolutæ . Primum , esto , in quam : quid tum autem , si relatæ saltem , in quibus non minor est contradictione ? Deinde , hoc ipsum non omnes sentiunt : & media illa via , quæ Bellarmino placet , non tanquam certa ponitur , sed tanquam verisimilior : *tusissima videtur* , inquit Bellarminus : & abbreviator , verisimilium contrarium videri . Quæ in certitudo , nonne est indicium manifestum , concepi ab iis absurditatum congeriem ; nec breve expediti : neminem tamen velle credere . Tum autem Petrinus in Minister ophthoria . Idem Christus qui passus est sub Pontio Pilato , & traditus à Iuda , flagellatus à milites , affixus cruci : idem , inquam , permanisset impassibilis in Eucharistia (nempe si quæ fuissent reliqui) nec passus esset sub Pontio Pilato , non proditus à Iuda , non flagellatus à militebus , non affixus cruci .

XLV. Sed non multo plicantur: quare, inquam, cum multiplicentur loca? Non esuriat Romæ, si comedit Lutetia Sophista, non hoc queritur: hoc queritur, utrum qui Romæ est in omnino opiparo, Lutetia vero procul ab esculentis, idem comedat vtrōbique: utrum, inquam, et que comedat Lutetia, ubi nihil erit, ac Romæ, ubi cœsa erit Pontificalis. Et cum Oratorem ager Lutetia, non queror, utrum Romæ positus eadem sciat quae Lutetia explicabit illa sua magnifica oratione: sed utrum æquum temporis Romæ eadem oratione visurus sit ad populum. Nam si eadem vtrōbique affectio, etiam eadem vtrōbique actio. Enimvero, nihil inquam quisquam vidit iucundius: ut quae Romæ Cardinalibus apponuntur, dulia, Lutetia consumantur: et qui concionabit Lutetia ad Sancti Germani, exaudiatur Romæ ad Sancti Petri. Si non erit: ergo multipli abulantur affectiones illæ, quas absolutas vocant, non relatas ad locum: et qui comedet, eodem tempore non comedet: et qui orabit, eodem momento ritebit. Et erunt hi fructus Lioleliticae sive Philosophiae sive Theologiae: & non exclamem, tribus Anticyris caput insanabile?

XLVI. Abras disputat aliter §. 7. sect. 7. Si quæ contradic̄tio esset, ergo vel à parte corporis, vel à parte quantitatis. At neutrum: Probat, non à corpore: quia vñitas loci nihil confert ad vñitatem corporis: hoc probat: quia corpus vnum sit, antequām in loco contineatur. Non à quantitate, simili ratione: quia vñitas loci nihil confert ad vñitatem quantitatis: quod hæc in corpore consideretur, antequām corpus sit in loco.

XLVII. Atqui mera est nugatio ; aut quid peius. Nam primo, quid monstri est corpus distinguere à quantitate? Atqui corporis , ut sit corpus, habet à quantitate: adeo ut ratio corporis sit ipsa quantitas, id est, differentia specifica per quam substantia distribuitur in spiritum & corpus: unde factum, ut qualitas continetur in ipsa corporis definitione; numerum trigemina mensura. Quare, tam absurdum est Ab:z commentum, quam si hominem distinxisset à sua ratione : aut animal ab animatione. Tolerabiliter distingueret substantiam à quantitate: sed corpus à quantitate nulla ratio pari potest.

XLVIII. Deinde; quid illud est, unitas loci nihil confert ad unitatem corporis? Constituendam, an demonstrandum? Nam ad constituantia, concedo nihil conferre unitatem loci , quod probant argumenta subiecta. Sed quid tum? Nam ego quidem vim consequentiae nullam video. Nulla, inquam consequentia est. Si unitas loci nihil conferat ad unitatem constituantem corporis, Ergo contradictionia non sunt, corpus esse unum, & esse in multis locis. Etenim et si accidentia nihil conferant ad constituantem unitatem corporis: tamen certissimum est contradictionia esse, unum corpus esse, & tamen longum & breve: sanum & aegrum: album & nigrum. Tam enim contradicunt unitati ea quæ ex unitate pendent: quames ex

quibus penderit unitas.

XLIX. Nihil autem conferre unitatem loci, ad unitatem corporis demonstrandam; omnino falsum: neque demonstratur argumentis ab A- bra Nam etiā unitas corporis prior sit localitate; tamen fallum est non de- monstrari unitatem corporis ab unitate loci. Non enim omnes demon- strationes necesse est esse à prioribus: & possunt aliquæ peti à posteriori- bus, ut cuius Logico notum. Maxime ab iis quæ ratione tantum non er- iam tempore posteriora sunt: cuiusmodi hoc est. Nam etiā unitas loci pen- deat ab unitate corporis, ac proinde hæc illa prior sit: tamen certum est: nunquam vel momentum dari posse in quo fuerit corpus & non in loco, & non in uno loco. Quare hæc prioritatis ratio nis est tantum, non tempo- ris, ut dixi. Porro, quis nescit & aspectum syderum nihil conferre ad con- stituendam noctem, & esse posteriorem nocte, & tamen recte concludi, si apparent sydera, ergo nox est: ita contradictionem implicati, si dicas no- cem non esse. & sydera apparente?

L. - Sextum Argumentum: Si anima, si Angelus, non potest esse plenus simul locis. Ergo, multo minus corpus. Consequētia necessaria. Quia tum Angeli, tum anima humana, sunt naturæ simplicioris, & proinde minus obnoxiae loci affectionibus. Probatur antecedens ex Athanasio ad Antiochum quæst. 2. p. 26. eisq[ue] magis, misericordia Propterea. Ita etiam, dñus autem noster cuiuslibet locis possit in eis esse, ut in locis suis. sed etiam in aliis, quod est obliquum noster mundus, tamen quod est angelorum, et eiusdem dñi. Quod potius postea magis hoc est in eis, quod est obliquum noster mundus, et in aliis, quod est angelorum, et eiusdem dñi. Mihi, una existens beati Petri, aut Pauli, anima, potest in eodem momento apparere in suo monumento, & in mille templis suis per totum mundum: hoc enim nec Angelus unus facere posset aliquando. Solitus enim Dei est in dnobus locis, & per totum mundum in eodem momento iherentis.